This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

UC-NRLF
$B 154 288

ANDREAE OBERLEITNER,

ABBATIAE ORD. S. BENED. AD SCOTOS VIENNAE PRESB.
CAPIT., S. S. THEOLOG. DOCT., DIALECTORUM ORIENTT. NEC NON
EXEGES. BIBL. IN C. R. SCIENTIAR. UNIVERS. VINDOB.
PROF. P. E.

FUNDAMENTA

LINGUAE ARABICAE.

ACCEDUNT

SELECTAE QUAEDAM, MAGNAMQUE PARTEM TYPIS
NONDUM EXSCRIPTAE SENTENTIAE, PRIMIS LEGENDI AC
INTERPRETANDI PERICULIS DESTINATAE.

VIENNAE,
TYPIS ET SUMTIBUS ANTONII SCHMID,
CAES. REG. PRIV. TYPOGRAPHI.
M.DCCC.XXII.

يَغُوصُ ٱلْبُحُورَ مَنْ طَلَبَ ٱللَّآلِي

وَمَنِ ٱبْتَغَي ٱلْعُلَي سَهِرَ ٱللَّيَالِي -

Urinando permeat maria, qui quaerit uniones;

Et qui adpetit excelsa, pervigilat noctes.

PJ6305
O2

CELSISSIMO

REVERENDISSIMO AC ILLUSTRISSIMO

DOMINO DOMINO

LEOPOLDO MAXIMILIANO,

E COMITIBUS ET DOMINIS

DE

FIRMIAN,

DEI GRATIA

PRINCIPI ET ARCHIEPISCOPO

ECCLESIAE METROPOLITANAE VINDOBONENSIS,

APOSTOLICO

SALISBURGENSIS ARCHIEPISCOPATUS

ADMINISTRATORI,

CET. CET. CET.

777

CELSISSIME AC ILLUSTRISSIME

DOMINE DOMINE!

Literae in universum omnes et insigni et potenti quum indigeant favore, quo validiores atque laetiores crescere possint; eundem si vel citius adhuc circumspiciat sibi diuturnum ac difficile in linguas Orientis studium, quod longe maximum et amoris, et industriae, et impensarum postulat adparatum, illud quis aequus rerum judex sinistro explodat judicio?

Praesidium itaque ac Dulce Decus huic quum optarem libello, qui eminentiores S. S. Theologiae Candidatos in utilibus aeque ac difficilibus

Arabicae linguae imbuat rudimentis; nullum profecto, facile intellexi, praeclarius unquam inveniri posse suaviusque, quam quod Tu, Vir Illustrissime! promovendis hisce SS. Literarum subsidiis ac ornamentis praestare et possis. Princeps quippe Celsissime ac Illustrissime Archidioecesis Viennensis Praesul, egregium Cleri Tui Caput, firmissima Ecclesiae nostrae Columna! et velis etiam, pro comitate scilicet Tua et liberalitate suavissima; pro amore Tuo ac studio eximio in artes literasque universas, praecipue ve-

ro in sanctissimae religionis nostrae scientias; pro voto denique Tuo sublimi, ut et in Antiquiss. ac Celeberr. nostra Scientiarum Universitate Vindobonensi, et in ceteris, tum publicis, tum privatis, literarum excolendarum palaestris in universum omnes, inprimis autem theologici studii disciplinae solidae magis atque praeclarae floreant in dies.

In faustissimis ergo amplissimi Muneris Tui auspiciis, in quibus omnes omnino ad consummatissimam, qua praefulges, et animi prudentiam,

et consilii firmitatem, et religionis pietatem maxime venerabundi suspiciunt, Musae quoque Arabicae Te generosum implorant Fautorem, Tibi benigno supplicant Patrono; quarum precibus gratiosissime concedas, liceat fronti hujus opusculi splendidissimum Tuum inscribere Nomen

Tui,

PRINCEPS CELSISSIME AC ILLUSTRISSIME PRAESUL!

observantissimo,

Andreae Oberleitner.

PRAEFATIO.

Exempla libri, quem Aryda [a], Archipresbyter Syro-Tripolitanus, ante suum in patriam reditum non in leve Arabicarum literarum emolumentum typis vulgaverat, et quo duce, satis quidem securo, in tradendis Arabicae linguae rudimentis hactenus uti consueveram, omnia quum essent divendita; omnino necessarium esse intellexi, ut in usus praelectionum academicarum vel nova ejusdem libri susciperetur editio; vel, hoc si minus adrideret, ut aliqua forsan eligeretur multarum, earumque

a) Institutiones Gramm. arab. Auctore Ant. Aryda, Tripolis Syriae Archipresb. atq. in Vind. Studior. Univ. Lingg. Orientt. Prof. P. Viennae, M.DCCC.XIII.

que praestantissimarum in Arabicam linguam Institutionum, quas Viri, in his literis celeberrimi, recentiori inprimis aetate publici fecerunt juris; vel denique, si nec talem, quae Theologorum nostrae Academiae satisfaceret desideriis, invenire liceret, ut saltem ex ingenti, quem illi congesserunt Viri, thesauro tantum promeretur, quantum sollicite delectum, conflatum porro ac in recens quasi opus transfusum modestioris, tirocinii aeque ac perfectioris studii indigentiis sufficeret.

Primum, ut Aydae Institutiones typis simpliciter repeterentur, nullo modo placere potuit. Etenim ut nihil dicam, simplicem libri repetitionem admodum ingratam per se semper accidere; ut porro taceam, illum librum ob externum jam, quem habet, modum, grandiorem quippe quaternariorum, minus aptum esse, quem facile ac libenter in collegia academica secum ferant Auditores; praeterea totius fere libri mutationem flagitavit peculiaris omnino ac difficilis methodus Au-

cto-

ctoris, qui, patriis adsuetus Grammaticis Arabicis, [a] mirum quantum differt a nostris Occidentalibus in ipso jam rerum tractandarum ordine, in terminis porro technicis, in toto deinde stylo, minus claro, in universo denique docendi modo, quibus omnibus obscurior, in Syntaxi praecipue, non leves tironibus creat difficultates. Denique Vir ille sagacissimus, et Arabicae linguae utpote vernaculae suae peritissimus, fere senex tandem quum patria exul in nostras concessisset regiones, graves ac insignes Virorum Occidentis in rebus Arabicis labores omnes fere non potuit non ignorare; Grammatica ergo illius in rebus bene multis luce caret atque acumine Virorum Occidentis, quorum omnium loco vel unicum Illustr. de Sacy hic maxima cum laude nominasse sufficiat.

Sed nec alterum, ut aliqua scilicet Grammaticarum, quae copiosae non minus quam prae-

a) De his Grammaticis conf. Ill. de Sacy Gramm. arabe, a Paris M.DCCC.X. Part. I. Preface, pagg. V. — X.

praestantes jam repeiriuntur, in Arydae locum substitueretur, tam facile potuit fieri; imo rationes erant, quae novum suaderent laborem, nec audire permitterent, qui de numero ejusmodi Institutionum nimium excrescente monerent. Numerus etenim illarum, utut copiosus, valde tamen imminuitur, si vel illius ratio habetur Decreti Caesareo-Regii [a], vi cujus praelectiones publicas Latino sermone habendas esse, sapienter praescribitur, ut sic omnes Theologiae Candidati, conflati quamvis ex nationibus diversis, atque vernaculae nostrae Germanicae vel minus bene vel plane non periti, illis praelectionibus una interesse possint. Plures itaque omnino praeclarae in Arabicam linguam Institutiones Virorum doctissimorum, Michaelis [b] v. c., Jahnii [c], Vateri [d], vel ex hoc solo capi-

a) Uberius hac de re diximus in Joann. Jahn Elementis aramling. Viennae, M.DCCC.XX. Praef. pag. VI. et VII.

b) Joh. D. Michaelis Arab. Gramm. Götting. 1781.

c) Arab. Sprachlehre von Jahn, Wien 1796.

d) Handbuch der Hebr., Syr., Chald. und Arab. Gramm. von Dr. Joh. Sev. Vater. Zweite Ausgabe, Leipzig 1817.

pite erant relinquendae. Ceterarum vero, quae satis jam paucae restant, Latino sermone conscriptarum illae porro omnes vel propterea non placere posse videbantur, quae, ante amplissimum omnibusque fere numeris absolutum Commentarium de Sacyanum in lucem editae, illo carere debuerunt duce, in multa secula principe. Unica ergo fuit Rosenmülleri [a] Grammatica, quae, et Latino concepta sermone, et post Commentarium de Sacyanum vulgata, in usus nostros omnino sese commendare videbatur; solidis enim Erpenii [b] Elementis ceu fundamentum posuit Vir Clarissimus pro ea, qua celebratur, sagacitate, eruditione ac dexteritate superstruxit, sapienter in rem suam convertens optima quaeque, quae accumulata invenit in Commentario de Sacyano, quin nostrum negligeret Aryda, quem, testem quip-

a) Ern. Frid. Car. Rosenmülleri Institt. ad Fundamm. ling. Arab. Lipsiae, M.DCCC.XVIII.

b) Thom. Erpenii Gramm. arab. — edita ab Alb. Schultens. Lugd. Batav. M.DCC.LXVII.

quippe patrium et eruditum, in scribendi et legendi Elementis praecipue, et alias quoque presso sequutus est pede; quare Grammatica illius ex omni capite, et a perspicuo styli nitore, et a meliori systematis ordine, et a sufficiente materiarum ubertate, et a detersa typorum elegantia quam maxime debet celebrari.

Aliqua tamen, eaque non nullius omnino ponderis, et praestantissimis Rosenmüllerí Institutionibus obstabant, quo minus, eas nostrorum Theologorum manibus tradi, facile concederetur. Modum enim et ipsae habent, usibus academicis satis incommodum, quaternariorum, quemjam in Arydae Institutionibus valde, tantum non omnibus, displicuisse intellexi; cui accedit, ut tum ob voluminosum uberiorum rerum ambitum, tum ob placidam elegantiorum typorum formam, tum ob insignem totius adparatus typographici splendorem, tanto constare debeant pretio, quas pauciores Candidatorum, iique aegre tantum sibi possint parare. Praeterea nec methodus Clarissi-

simi Auctoris nostris hic Theologis ubique familiaris est ac facilis; nec tanta placere potest ubertas materiarum, quarum scilicet, gravioris vel levioris sint ponderis, nulla, tironibus omnino necessaria, distinctio reperitur.

Fuerunt itaque, quos revereri, quibusque obsequi, omnino fas erat, qui optarent saepiusque monerent, ut, missis, qui me retinerent, de labore, facile supervacaneo, timoribus, pariter prout in Aramaicam linguam, vel citius adhuc in Arabicam paravim librum, qui academicis forsan usibus posset destinari. Ultra hos ergo usus liber non sapit; quibus tamen si adeo responderet, ut vel tertii quoque aut quarti anni Theologi, primis jam inde haustis linguae Arabicae Elementis, postea in perfectioribus perpetuo parandis notitiis ibi haberent, quae sufficerent; profecto nihil, quod adhuc optarem, mihi relinqueretur. Ceterum prodesse volui, non nitere; quare neminem subeat mirari, multa hic collecta si offenderit, quae aliorum parta sunt

su-

sudore, quorum utique, qui praecesserant, quantum quidem licuit, neminem neglexi, omnium vero maxime una cum Rosenmüllero, cui, vix unquam non consulto, quamplurimae hic agendae sunt gratiae, duces sequutus sum duumviros: Illustrissimum de Sacy et Clarissimum Aryda, hoc tamen cum discrimine, ut longe frequentius audirem posterioris vocem, dulcem quippe et adsuetam magistri mei dilectissimi, cujus pia memoria grato nunquam excidet animo, cujusque postremos nunc in patria sua aeque ac venturos alius vitae dies beatos reddere velit DEUS Ter Optimus Maximus.

Mistlbach, die X. Septembris, M.DCCC.XXI.

Andreas Oberleitner.

LIBER I.

De Elementis et Linguae et Scripturae Arabicae.

CAPUT I.

De Lectione ac Orthographia.

§. 1.

DE VARIIS SCRIPTURAE ARABICAE GENERIBUS.

Arabes, quum jam inde ab antiquissimis temporibus et vasto suo per Indiam Orientalem, Aegyptum, Babyloniam et Phoeniciam commercio valde opulenti, et insigni linguae continuo perficiendae cura admodum exculti essent, haud dubie mature aliquod scripturae genus, idque probabilius initio idem ac commune cum Phoeniciis, Babyloniis, Syris et Hebraeis, habuerunt, quod autem accedentibus perpetuo mutationibus postea

sibi peculiare, atque a scriptura reliquarum gentium omnino diversum fecerunt. Vetustissimum scripturae genus, de quo quidem tradunt historici, cujus autem nullae supersunt reliquiae, erat *Hamyarensium* seu *Homeritarum*, quod tamen pro tenuioribus omnium rerum humanarum initiis rude admodum, satisque incommodum ac omnino molestum fuisse videtur, quare, quamvis ultra MM annos jam in usu fuisset, nihilo tamen minus brevi ante Mohhammedem tempore locum cedere debuit peregrinae Syrorum scripturae *Cuficae*, ita dictae a *Cufa* (كُوفَةٌ), urbe Jracae sive Chaldaeae ad Euphratem sita, quod ibi vel primum inventa vel magis exculta esset. Fuerunt autem Cuficae literae numero tantum XXII, formatae quippe ex Syriacis antiquis, quas στρόγγυλας i. e. rotundas vocant, crassae porro, spatiosae ac angulatae, atque Vocalium loco tribus Syrorum punctis rubris, interdum flavis, ornatae. CCC annos floruit Cuficum scripturae genus; in numis tamen ac quibusdam sepulcrorum monumentis adhuc ad septimum usque post Mohhammedem seculum, in titulis vero librorum Africanorum plane ad hunc usque diem perduravit. Ex Cufica ve-

vero scriptura, ob ingentem, quam rudes literarum figurae postulabant, librorum molem non minus molesta, quam deformi, Arabes porro pro suo in venustiorem scribendi rationem studio literas recentes, easque volubiliores ac elegantiores efformarunt, atque hoc novum scribendi genus adpellarunt نَسْخِيّ *Neschhy*, a نَسَخَ *descripsit librum*, quia his characteribus inde a seculo IV. Hedschrae, seu XI post Chr. in Corani exemplis aliisque libris describendis usi sunt. Eaedem postea literae variis ductibus distinctae plures alias scribendi formas progenuerunt, quarum v. c. est forma دِيوَانِي *Diuani*, scriptura valde cursoria, nexibus contorta et difficilis, qua principum codicilli et diplomata scribuntur; formae يَاقُوتِي *Jakuti* et رَاحِنِي *Rahhani*, quarum auctores *Jakut* et *Rahhan* peculiares quosdam literarum ductus nexusque venustiores, suo quisque modo, excogitarunt; forma, quae in titulis praecipue librorum et diplomatum ac in numis adhiberi solet, ثُلُثِيّ *Thsolothsy*, cujus literae eaedem, quae *Neschhy*, multo tamen majores et pinguiores, mireque elegantibus ac artificiosis saepe ductibus cohaerent, lectuque, in numis praecipue, admodum sunt dif-

ficiles. Nobis autem sermo tantum erit de forma *Neschhy*, qua nimirum sola apud nos libri Arabici excuduntur.

§. 2. DE CONSONANTIBUS, ARABICE حُرُوفُ ٱلْهِجَآءِ.

Constat Alphabetum *Neschhy* literis, iisque tantum Consonantibus, numero XXVIII. Auctus vero fuit numerus literarum Cuficarum, numero adhuc XXII; seculo circiter X. post Chr., quo Grammatici Arabici duplicem pronunciationem, quam habuerunt literae: ت, ح, د, ص, ط et ع, punctis diacriticis in grave lectoris commodum indicarunt. Literae autem, a dextra versus sinistram scribendae ac legendae, omnes cum litera praecedente, et maximam quoque partem cum sequenti conjunguntur, adeoque varias pro loci, quem in vocabulo occupant, diversitate figuras subeunt; aliam enim habet figuram litera absoluta et separata, quae nulli, aliam initialis, quae soli sequenti, aliam mediana, quae utrinque, aliam finalis, quae soli praecedenti adnectitur, quarum jam omnium et separatarum et conjunctarum figuras, nomina porro, ordinem, potestatem ac valorem numeralem sequens exhibet tabula, in

qua

qua singulis quoque literis Arabicis adpositae reperiuntur literae Syriacae, quibus Arabes Christiani, ac Hebraicae, quibus Arabes Judaei in describendis libris, qui religionem spectant, Arabicis odio Mohhammedanorum potissimum uti solent.

Nomen.	Figura extra fin. diction. non adnexa praecedenti	Figura extra fin. diction. adnexa praecedenti	Figura in fine dictionis adnexa praecedenti	Figura in fine dictionis non adnexa praecedenti	Potestas.	Respondet apud Syros	Respondet apud Judaeos	Valor numeralis.
أَلِفْ Alef	ا	ـا	ـا	ا	Spiritus lenis Graecorum	ܐ	א	1
بَآءْ Be	ـبـ	ـبـ	ـب	ب	B Latin.	ܒ	ב	2
تَآءْ Te	ـتـ	ـتـ	ـت	ت	T Latin.	ܬ	ת	400
ثَآءْ Thse	ـثـ	ـثـ	ـث	ث	Ths, ϑ Neo-Graecorum, *th* Britann.	ܬ	תּ	500
جِيمْ Dschim	ـجـ	ـجـ	ـج	ج	Dsch Germ., *j* aut *g* ante *e* vel *i* Britann.	ܓ	ג	3
حَآءْ Hha	ـحـ	ـحـ	ـح	ح	Hh	ܚ	ח	8
خَآءْ Chha	ـخـ	ـخـ	ـخ	خ	Chh	ܟ ܟ	כ ך	600
دَالْ Dal	د	د	د	د	D Latin.	ܕ	ד	4
ذَالْ Dhsal	ذ	ذ	ذ	ذ	Dhs	ܕ	ד	700
رَآءْ Re	ـر	ـر	ـر	ر	R Latin.	ܪ	ר	200
زَآءْ Zain	ـز	ـز	ـز	ز	ζ Graecor.	ܙ	ז	7
سِينْ Sin	ـسـ	ـسـ	ـس	س	S Latin.	ܣ	ס	60
شِينْ Schin	ـشـ	ـشـ	ـش	ش	Sch Germ., *ch* Gallorum, *sh* Britann.	ܫ	ש	300
صَادْ Ssad	ـصـ	ـصـ	ـص	ص	Ss	ܨ	צ ץ	70
ضَادْ Ddad	ـضـ	ـضـ	ـض	ض	Dd	ܨ	צ ץ	800

Nomen.	Figura extra fin. diction. non adnexa praecedenti	Figura extra fin. diction. adnexa praecedenti	Figura in fine dictionis adnexa praecedenti	Figura in fine dictionis non adnexa praecedenti	Potestas.	Respondet apud Syros	Respondet apud Judaeos	Valor numeralis.
طَآءٌ Ttah	ط	ـط	ـط	ط	Tt	ܛ	ט	9
ظَآءٌ Zzah	ظ	ـظ	ـظ	ظ	Zz	ܛܰܪ	ט̄	900
عَيْنٌ Ain ✓	ع	ـع	ـع	ع	ע Hebr.	ܥ	ע	80
غَيْنٌ Ghain ✓	غ	ـغ	ـغ	غ	Gh	ܓܰܓ	ג̄	1000
فَآءٌ Fe ✓	ف	ـف	ـف	ف	F Latin.	ܦ	פ ף	90
قَافٌ Kkaf ✓	ق	ـق	ـق	ق	Kk	ܩ	ק	100
كَافٌ Caf ✓	ك	ـك	ـك	ك	K Germ.	ܟ ܟ	כ ך	20
لَامٌ Lam	ل	ـل	ـل	ل	L Latin.	ܠ	ל	30
مِيمٌ Mim ✓	م	ـم	ـم	م	M Lat.	ܡ	מ ם	40
نُونٌ Nun	ن	ـن	ـن	ن	N Lat.	ܢ ܢ	נ ן	50
هَآءٌ He ✓	ه	ـه	ـه	ه	H Germ.	ܗ	ה	5
وَاوٌ Uau ✓	و	ـو	ـو	و	U Germ., *ou* Gallor.	ܘ	ו	6
يَآءٌ Je ✓	ي	ـي	ـي	ي	J Conson.	ܝ	י	10
لَامٌ اِلْفٌ Lam-Alef.	ﻻ ﻻ	ـﻻ	ـﻻ	ﻻ ﻻ				

OBSERVANDA.

I. De *Figuris* Literarum.

1) Omnes Arabum literae antecedenti, omnesque, exceptis sex: ا د ذ ر ز و, sequenti quoque literae adnectuntur; in fine porro dictionis pleraeque addita lineola incurva, v. c. ب, س, ص, ل, rel.; nonnullae autem singulari prorsus figura immutantur, ut ك, م, ن, ه sive ه, ى sive ي, rel. Ejusdem ergo literae pro vario nexu et situ diversae natae sunt figurae, quarum *prima* tabulae columna exhibet illas, quae initio vocabulorum semper, atque in medio tantum post sex illas literas, non ligabiles cum sequenti, *secunda*, quae in medio post reliquas ligabiles, *tertia*, quae in fine post easdem ligabiles, *quarta* denique, quae pariter in fine, sed post sex illas non ligabiles, usurpantur. Eadem *quarta* columna simul ostendit figuras literarum separatarum. Ceterum Arabes in ordine alphabetico ante ultimam ى inserere solent literas *Lam - Alef*, prout nomine composito vocantur, quae triplici porro ratione solent conjungi: لا vel لا, idque tum maxime, ubi ل non cohaeret cum litera praecedente, aut لا, ubi ل cohaeret cum praecedente, v. c. بلا *sine.*

Nota. Memoriae sublevandae gratia non omnes literae eodem tempore tironibus sunt proponendae, sed dividendae in classes, quarum pro simplicitate ac propinquitate figurarum facile statuuntur sequentes:

I.

I.		II.			III.		
ا	ي	ح	ع	ز	د	ف	ص
ل لا لا لا	ت	خ	غ	م	ذ	س	ض
ب	ث	ج	ر	و	ك	ش	ط
ن	ة ه				ق		ظ

2) Literarum, numero quamvis XXVIII, notandae sunt tantum XIV figurae; nam plurium literarum figurae, prorsus eaedem, solo numero vel situ punctorum diacriticorum a se differunt, ut:

ببب	ججج	د	ر	س	ص	ط	ع	ف	
نن	حح	ذ	ز	ش	ض	ظ	غ	ق	
تت	خخ								
ثث									
يي									

Nota a) Arabes, ne ob puncta diacritica a librariis vel omissa vel male posita lector anceps haereat, solent, Nomina inprimis propria, non figuris solis, sed ipsis Nominibus literarum, quibus constant, accuratius determinare; atque praeterea ubi duarum literarum et Nomina et figurae solis punctis diacriticis dignoscuntur, v. c. ص et ض, ط et ظ, ت et ث rel., Nomini proprio litèrae, prout aut puncto destituta, aut uno pluribusve praedita est, peculiare addunt epitheton vel مهملة *puncto destituta*, vel معجمة *puncto* (inferne vel superne) *notata*; in specie autem

ب dicitur موحدة *unico puncto notatum*,

ت — مثناة من فوقها *duobus punctis superne notatum*,

ث

ث dicitur مثلثة *tribus punctis notatum*,

ي — مثناة من تحتها *duobus punctis inferne notatum*;

idem ي interdum quoque آخر الحروف *ultima literarum* Alphabeti adpellatur. En plura hujus rei exempla in: Arab. Chrestom. von *Jahn*, Wien 1802 pag. 87—105.

b) Proprio etiam signo notant literas, puncto destitutas: س, ز, ذ, ut distinguantur a ش, ز, ذ. Reliquis literis non raro subscribunt figuram separatam, minori ut plurimum forma, ut رحمة, شعب.
ح ع

c) Finales ف ق ن et ي saepe in manuscriptis carent punctis suis, quum vix inter se possint confundi, id quod facile quidem patet in ن et ي; obtinet tamen idem in literis ف et ق, si quidem, ut rectior illarum scriptura postulat, ف basi lineae incumbat, lineola autem incurva literae ق infra lineam descendat protracta, ut صدف et صدق. In multis tamen libris discrimen illud male negligitur.

d) Omnes fere literae, basi lineae incumbentes, supra illam tantum attolluntur, exceptis et quatuor و ه ز ر, et omnibus fere literis finalibus, quae infra quoque lineam protrahuntur; quodsi ergo plures ejusmodi literae, quae basi lineae incumbere debent, secum sint conjungendae, omnes priores supra lineam ascendunt, ne ultima illarum deprimatur infra lineam, ut الحجر *lapis*, البحر *mare*, جمل *camelus*.

Multae propterea literae, praecipue in manuscriptis, mire peculiaribus modis secum conjunguntur, et ita sibi innectuntur, ut aegre tantum a tironibus dignoscantur, in quorum gratiam insigniores quosdam connectendi modos ex praestantissimis *Rosenmüllerí* Institutionibus inserimus:

بج Be et Dschim.

بح Be et Hha.

تج Te et Dschim.

ت Te et Mim.

حج Hha et Dschim.

حح Hha et Hha.

ج Dschim et Mim.

ه Hha et He

حمل Hha Mim et Lam.

سح Sin, Mim et Hha.

صح Ssad et Hha.

طح Ttah et Hha.

عج Ain et Dschim.

عح Ain praecedenti literae adnexum et Hha.

عح Ain et Hha finale.

ع Ain et Mim.

عر Ain, Mim et Re.

في Fe et Je.

فح Fe et Hha.

فج Fe praecedenti literae adnexum et Dschim.

فح Fe praecedenti literae adnexum et Hha finale.

فمح Fe, Mim et Hha.

فر Fe et He sequenti literae adnexum.

كا Caph et Alef.

كما Caph, Mim et Alef.

كه Caph et He.

لح Lam et Hha.

ل Lam et Mim sequenti literae adnexum.

لمح Lam Mim et Hha.

له Lam et He.

لحج Lam, Hha et Dschim finale.

لحج Lam, Hha et Dschim sequenti lit. adnexum.

مما Mim, Mim et Alef.

مي Mim et Je.

نح Nun et Hha.

نحج Nun, Hha et Dschim.

نحي Nun, Hha et Je.

هح He et Hha.

ه He et Mim.

هما He, Mim et Alef.

هي He et Je.

e) Literae د ذ ر et ز, cum sequenti non quidem ligabiles, tamen non raro inveniuntur adnexae sequenti literae ه, in fine dictionis cadenti, v. c. ܗ, ܘ.

3) Literae, praeterea ob similes figuras accuratius distinguendae, sunt:

ا ب ح خ ر ص غ

ا ه ع غ و ه غ

4) *Majusculis* literis ad Nomina propria distinguenda Arabes carent; unicum nomen Dei O. M. religiose excipiunt, idque duplici scribunt ratione vel أَللّٰهُ, ubi prima tantum litera consuetam servat figuram, reliquis minori charactere notatis; vel أَللّٰهُ, ubi prima litera أ reliquis est altior.

5) Vocabula, quae in fine lineae non satis habent spatii, Arabes, Cuficis tamen et Mauritanis Codicibus exceptis, non resecant, parte excedente missa in sequentem lineam; sed pars ista vel supra vocabulum suum ponitur, ut:

قَ

أَلْحَيَاءُ يَمْنَعُ ٱلرِّزْ

Verecundia prohibet largitionem;

vel in angulo ascendit ad marginem, ut

إِيَّاكَ نَعْبُدُ وَإِيَّاكَ نَسْتَعِينُ أَهْدِنَا ٱلصِّرَاطَ ٱلْمُسْتَقِيمَ

Te colimus solum, tuamque solius imploramus opem, dirige nos via recta.

Saepissime tale vocabulum integrum in sequentem lineam recedit, atque in lineae complementum ultimi vocabuli literae producuntur; id quod in principio aut medio li-

lineae ornatus gratia saepius quoque obtinet, maxime in notissima formula, qua singulae Corani Surae incipiunt:

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ

In nomine Dei, miseratoris misericordis.

II. De *Nominibus* Literarum.

Nomina literarum ut apud nos sunt technica; nonnulla tamen casu praeterea aliud quid significant, ut بَآءٌ *coitum*, عَيْنٌ *oculum*, cet. Sunt autem Generis communis, maxime tamen feminini, atque regulari módo declinantur.

III. De *Potestate* seu *Pronunciatione* Literarum.

Plurium literarum in pronunciatione potestas in ipsa literarum tabula convenientibus aliarum linguarum characteribus satis commode jam est expressa; aliquae tamen literae, praesertim quibus nullae respondent Latinae, singularem prorsus, ac saepius vere difficilem habent pronunciationem, quae sola viva magistri voce satis exprimi potest. Genuinam difficiliorum literarum pronunciationem ut lectoribus quoque, quantum quidem verbis fieri potest, clare exponam, ipsis potissimum verbis *Arydae*, magistri indigenae, ex cujus ore libenter pendeo, mihi uti liceat.

ث *Thse* pronunciatur fere ut Neo-Graecorum θ, aut Britannorum *th*, interposito nimirum linguae mucrone inter utramque seriem dentium, ut sonet *s* blaesum seu mixtum quasi, cum aliqua tamen adspiratione, habeat sonum ex literis *ths*, in quo vero praesonet sonus li-

literae *s*. Vulgo tamen Arabes hanc literam ut ت *Te* pronunciant, atque in ipsis manuscriptis ت et ث invicem non raro confunduntur.

ج sonat Germanice *Dschim*, vel ut Italorum *g* ante *e* vel *i*, v. c. in *giardino*, aut Britannorum vel *j*, v. c. in *jest*, *jocus*; vel *g* ante *e* et *i*, v. c. in *Gentleman*; lenius nimirum admoto linguae mucrone ad inferiorum dentium seriem effertur cum aliqua mussitatione emphatica. Aegyptii tamen pronunciant illam ut Germani *g* in *Gott*, *gut*, aut Galli in *garder*.

ح *Hha* litera emphatica est ex difficilioribus, imo Europaeis forsan omnium difficillima, pronuncianda cum maxima et purissima, quae nihil admixtum habeat ex sono literae *r*, adspiratione, quae eliciatur a parte, guttur dividente a pectore, seu ab imo gutturis et initio pectoris; eundem haec litera habet sonum, quem quis, magno frigore correptus, ambas manus invicem fricando, elicit, *ahhh*.

ه *He* ad praecedentem proxime quidem accedit, sed minime cum illa confundenda, nam cum levi adspiratione tantum ab initio etiam gutturis pronunciatur ut *h* Germanorum. In fine tamen dictionis, ubi duo imposita habet puncta (ة ـة, signum Generis feminini), sonat *Te*, ut رَحْمَةٌ *ráhhmaton*, *misericordia*; imo, quoties, ob Suffixum v. c., in medio ponitur, scribitur etiam ت, ut رَحْمَتُهُ *rahhmátuhu*, *misericordia ejus*.

خ *Chha* litera emphatica pronunciatur ut χ Graecorum, vel potius ut Germanorum *ch*, si Vocalem *a* sequitur; sed cum majori adhuc vehementia elicitur sonus e me-

medio gutturis cum uvae faucium tremulatione, mixtus quasi cum litera *r*, atque sic, (liceat veritatis causa minus grata uti comparatione), ad amussim congruit cum sono, quem ad spuendum se praeparans elicit, *chrr*.

ذ *Dhsäl* pronunciatur ferme ut δ Graecorum, sed interposita, ut in ث, linguae extremitate inter utramque dentium seriem, ut pariter sonet *s* blaesum, seu mixtum, cum leniori tamen aliqua adspiratione, habeat sonum ex literis *dhs*, in quo vero praevaleat sonus literae *s*.

Sequuntur nunc literae *emphaticae* illae, quibus singulis respondent *lenes*, et quae lenium quidem imitantur naturam, pronunciandae tamen sunt longe majori cum emphasi, quae oritur, quatenus efferuntur pleno ore, mucronem linguae fortiter, praesertim in literis ض et ط, sistendo initio palati, intimamque simul oris partem guttur versus, quantum quidem fieri potest, dilatando. Sunt autem:

ص *Ssad*, quae sonat *ss* emphaticam; simplicem vero *s* exprimit lenis, quae respondet, س *Sin*;

ض *Ddad* sonat *dd*, longe fortius, quam lenis, quae respondet, د *Dal*;

ط *Ttah* valet *tt*, vehementius efferendum quam *t*, simplex in leni, quae respondet, ت *Ts*; praeterea in fine pronunciationis hujus et sequentis ظ resonat sonus literae *h*, ut v. c. הָיָה Hebraeorum cum Mappik in voce הָיָה;

ظ *Zzah* protundit admodum vehementer sonum, quem habet litera *s*, cum mussitatione quadam prolata inter duas Vocales, ut in *miserere*, *Wesen*; eundem sonum mol-

mollius tamen, prodit lenis, quae respondet, ز *Zâin*, quasi ζ Graecorum; denique

ق *Kkaf* fortiter exprimit ex gutture sonum literae *k*, quem mitius suaviusque sonat respondens lenis ك *Caf* ex anteriori parte oris.

Nota. Arabes veram literae ض pronunciationem, quam omnium difficillimam arbitrati sunt, tanquam certissimum argumentum et characterem indigenae Orientalis statuerant, unde explices dictum Mohhammedis: *Sum disertissimus eorum, qui* ض *pronunciant*, i. e. Arabum, vere et bene loquentium indigenarum.

ع *Ain* emphatica, cui nulla obponitur lenis, e medio pronunciatur gutturis, fortiter compressi, trudendo nempe inferiorem illius partem contra superiorem, ut audiatur idem sonus, in quo cessat ovium balatus, *maa*.

غ *Ghâin* emphatica, absque obposita leni Arabica, sane autem cum Latina leni *g* ante *a o* et *u*, ante quas literas *g* ex initiali gutturis parte deprimendo tamen sonum effertur; *Ghâin* autem emphatica habet sonum literarum *gh*, ex imo dilatatoque gutture prolatarum, ita ut literam *r* immixtam credas, quae tamen vix ac ne vix quidem sentiri debet.

ر *Re* etiam est emphatica absque obposita leni, conf. §. 41. Nota 3.

و *Uaw* pronunciant Arabes velut *u* Germanorum, aut *ou* Gallorum, quin quidquam ex *v* vel *w* sentiatur. Turcae autem et Persae illam efferunt ut *w* Germanorum vel *v* Gallorum.

Omnes denique literae reliquae pronunciantur ut Latinae, quibus respondent, sed semper, quantum fieri potest, lenius ac mollius.

No-

Nota. ن, si habeat Vocalem, plane convenit in pronunciatione cum *n* Latinorum; Vocali autem destituta

1. Ante ب, sonat ut *m*, unde م rubrum in manuscriptis tunc illi imponitur, v. c. عَنْبَر *ambaron*, *Ambra*; eodem modo Graeci ac Latini *n* ante *b* mutant in *m*, ut εμβαλλω pro ενβαλλω, *imberbis* pro *inberbis*.

2. Ante literas: لومير non pronunciatur, geminata propterea litera sequente, ut مِنْ رَبٍّ *mer-rabben* pro *men-rabben*, *a domino*; مِنْ لَيْلٍ *mel-lailen* pro *men-lailen*, *a nocte*; similiter Graeci dicunt συμμαχος pro συνμαχος, ἐλλείχω pro ἐνλείχω, et Latini *immiscere* pro *inmiscere*, *illicitus* pro *inlicitus*.

IV. De *Ordine alphabetico* et *Valore numerali* Literarum.

I. *Ordinem*, quo in tabula occurrunt literae, Arabum Orientalium i. e. Asiaticorum et Aegyptiorum Grammatici medii aevi statuerunt, ut literae pro figurarum et pronunciationis adfinitate sese exciperent; Occidentales tamen Arabes i. e. Mauri paulo alium habent ordinem. Antea vero Arabes eundem cum Hebraeis et Aramaeis literarum ordinem ac numerum tenuerunt, id quod colligitur partim ex valore literarum numerali, de quo infra; partim e sex Nominibus dierum hebdomadis, quae priscum literarum ordinem numerumque continent, ut:

400.300.200.100.	90.80.70.60.	50.40.30.20.	10.9.8.	7.6.5.	4.3.2.1.
قُرِشَتْ	سَعْفَصْ	كَلَمُنْ	حُطِي	هَوَزٍ	أَبْجَدٍ
Feria V.	Feria IV.	Feria III.	Feria II.	Dom.	Sabbath.

Feria autem VI., solennis Arabum dies, dicitur العروبة *Vespera*, quum ad hanc diem designandam priscae literae, numero XXII., non sufficerent; nondum ergo aderant sex

1000. 900. 800. 700. 600. 500.

reliquae literae ثخذ ضظغ, quum Nomina illa diebus hebdomadis tribuerentur.

II. *Numeros* designant Arabes vel literis vel peculiaribus signis.

A. Literae, numeris notandis inservientes, priscum illum servant ordinem alphabeticum, atque primae IX literae ab ا — ط exprimunt *unitates*, IX sequentes *denarios*, reliquae *centenarios*, ultima غ *millenarium*; *compositos* denique numeros supplent, ut Hebraei, literis addendis. Rem illustrat sequens tabella:

ط	ح	ز	و	ه	د	ج	ب	ا
9	8	7	6	5	4	3	2	1
ص	ف	ع	س	ن	م	ل	ك	ي
90	80	70	60	50	40	30	20	10
غ	ظ	ض	ذ	خ	ث	ت	ش	ر	ق
1000.	900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100.
غخيج	غغغ	غش	غق	قل	مب	كا	يه	يب	يا
1013.	3000.	1300.	1100.	130.	42.	21.	15.	12.	11.

B. Praeter literas Arabibus sunt peculiares numerorum indices, quos, quia ab Arabibus recepimus, nos *Arabicos* vocamus, ipsi vero Arabes illos nominant *Indicos*, quod ab Indis eos ferunt acceptos, quam peregrinam originem ordo illorum confirmat; scribuntur enim a sinistra dextram versus, priores autem, literis expressi, a dextra versus sinistram. Nostri vulgares numerorum indices laben-

bentibus annis paululum immutarunt illorum figuras, quae sunt:

١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ٠ ١٠ ١٢ ٢٠ ٣٤ ٧٠٠ ١٨٢٢.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 0 10 12 20 34 700 1822.

§. 3. DE DIVISIONE LITERARUM.

Literae Arabicae multiplici dividuntur ratione; omnium vero divisionum notatu dignissima est in literas *solares* et *lunares*; priores الأحرف الشمسية ita dicuntur, quia casu nomen *sol* شمس ab una illarum incipit, suntque omnes literae stridentes ac sibilantes, seu dentales et linguales cum ل et ن, nimirum: ت, ث, د, ذ, ر, ز, س, ش, ص, ض, ط, ظ, ل, ن; posteriores الأحرف القمرية ita vocantur, quia nomen *luna* قمر incipit ab una illarum, quae sunt omnes reliquae, gutturales, labiales et palatinae. De usu hujus divisionis recurret sermo infra §. 6. III. 2. a.

Nota. Porro literae dividuntur

a) ratione *pronunciationis* in *gutturales*: ا ح خ ع غ ه; in *labiales* ب ف م و; in *palatinas*: ج ق ك ي; in *dentales*: د ت ط ذ ث ظ; et in *linguales*: ر ز س ش ص ض;

b) ratione *roboris* in *debiles* seu *infirmas* ا و ي, quae inter pronunciandum saepe enervantur, sonoque proprio omisso alii inserviunt; et in *robustas*, omnes nimirum reliquas;

c) ratione *officii* in *radicales* et *serviles* seu *auctrices*, quae posteriores comprehenduntur in vocibus: يَتَسَمَّنُوا يَفْلَكِ; reliquae ergo sunt radicales;

d) ratione *adfinitatis* in *mutabiles inter se*, ut omnes fere ejusdem organi, et quarum duplex pronunciatio solis punctis indicatur, §. 13. I. et II., praecipue autem infirmae اوي, §§. 25. 45.; et in reliquas *inter se non mutabiles*;

e) ratione *societatis* in *compatibiles*, quae in eadem voce se mutuo possunt sequi, et *incompatibiles*, quae tanquam *radicales*, (sane vero tanquam *serviles*), in eadem voce non possunt conjungi, quas addere liceat, quia illis cognitis et codices, punctis literarum diacriticis, destituti facilius legi et corrigi, et peregrinarum vocum origines melius ac citius intelligi possunt. Non ergo conjunguntur

1) Gutturales excepto ا, rarius tantum ه cum ع, ut in عَهْد *foedus*;

2) Labialis ب cum ف, م;

3) Denique non conjungitur

ث cum ت, س, ص, ض, ظ, ط	ص cum ظ, ط, ض
ج — ك, ق, غ	ض — ظ, ط
خ — ك, ق, ظ	ط — ك, ظ
د — ذ	ظ — ق, غ
ذ — ظ, ط, ض, ص	غ — ك, ق
ر — ل	ق — ك
ز — ظ, ض, ص	ل — ن, duabus exceptis vocibus:
س — ص, ض	لَنْ *nequaquam*, et عَلَنَ *manifestavit*.
ش — ض	

§. 4.

§. 4. DE VOCALIBUS, ARABICE اَلْحَرَكَاتُ.

I. Literae, quae omnes sunt Consonantes, ut porro acquirant sonum, Arabes illis superne vel inferne Vocalium loco quaedam adplicant signa, quae vocant اَلْحَرَكَاتُ *Motiones*, quia Consonantes, illis motae, sonum edunt. Motiones vero sunt *figura* duae, *numero* tres, *virtute* quinque; omnes sonant *post* Consonantem, supra vel infra quam sunt positae illarum notae, quas sequens ostendit tabella.

Figura	Nomen		Potestas
ـَ	فَتْحَةٌ	Fathha (apertio oris),	*a*, rarius *ae*
ـِ	كَسْرَةٌ	Kasra (fractio oris),	*e*, *i*
ـُ	ضَمَّةٌ	Ddamma (contractio oris),	*o*, *u*

Apud Mauritanos prorsus jacent figurae ـِ et ـُ.

II. *A. Fathha* ـَ est lineola, semper literis *imposita*, quam Arabes, omnes saltem cultiores in Syria, teste *Aryda* (Arab. Chrestom. von *Jahn*, Wien 1802, pag. 231.) semper et ubique efferunt ut *a*, v. c. نَبَتَ *nabata*, *germinavit*. Aegyptii autem ceterique Arabes, praesertim in lingua vulgari, illam pronunciant obscurius fere

ut

ut *ai* Gallorum, v. c. in *faire*, sive ut *e* productum.

B. *Kasra* ـِ lineola, *infra* literas semper scripta, nunc *e* nunc *i* sonat; *e*, subscripta literae initiali vel mediae, quin proxime sequatur ي quiescens, atque in finali Substantivorum syllaba, quae Genitivi indeterminati (§. 61. A.) causa duplici Kasra notatur, ut بِكِتَابٍ *beketāben*, *in libro aliquo*; *i* vero, si proxime post illam sequitur ي quiescens, aut subscripta literae finali, qualis consideratur ultima vocis litera, quamvis accedat Suffixum, ut لِبِيتِهِ *lebītihi alimento ejus*, in quo exemplo etiam ت per Kasra non *te*, sed *ti* legitur, quia ت est ultima Substantivi litera, quae non obstante Suffixo ه consideratur tanquam litera finalis.

C. *Ddamma* ـُ, literis perpetuo superposita, sonat *o* initio et in medio vocis, non proxime sequente و quiescente, nec non in finali Substantivorum syllaba, quae ob Nominativum indeterminatum duplici Ddamma adficitur, ut أُثُورٌ *othsoron*, *ruinae*; *u* vero ante proxime sequentem literam و quiescentem, aut si est imposita finali vocis literae, qualis consideratur ultima vo-

ca-

cabuli litera addito etiam aliquo Suffixo, ut يبورهُ *jobūruhu perdet eum*, in quo iterum exemplo ر per Ddamma non *ro*, sed *ru* audit, quum ر addito etiam Suffixo هُ tanquam finalis tractetur.

III. Eadem Vocalium signa per omnes Substantivorum indeterminatorum Casus geminantur in fine hoc modo: بٌ, بٍ, بً, et ita pronunciantur, ut post proprium illorum sonum adhuc audiatur *n*, quasi scriptum sit بُنْ, بِنْ, بَنْ, ut بَابٌ *bābon*, *janua*; كِتَابٍ *ketāben*, *libri*; حِكْمَةً *hhékmatan*, *sapientiam*, quod soni *n* additamentum Grammatici vocant التَّنْوِينُ *Attanuin* i. e. *Nunnationem*, quae tamen in vulgari sermone vix unquam auditur.

Notanda: 1) Vocales istae sunt *longae* ante literas, ipsis homogeneas, i. e. ـَا ante ا, ـِي ante ي, et ـُو ante و; ipsae literae homogeneae, حُرُوفُ المَدِّ *literae protractionis*, tali in statu dicuntur *quiescere*, i. e. amissa potestate sua, praecedentium illarum Vocalium induunt sonum, cumque illis in unam coalescunt syllabam, eamque *longam*, ut قَالَ *kkāla dixit*, مَرِيضٌ *mariddon aegrotus*, سُورٌ *sūron*, *murus*.

Nota. In nonnullis vocabulis *Alef protractionis* ipso usu post Fathha abjicitur, in cujus supplementum Fathha ad perpendiculum directa minori quasi figura exhibet Alef expunctum; ipsa ve-

ro syllaba in pronunciatione tamen protrahi solet, ut هذا pro هاذا *hādhsa, hic;* زمن pro زمان *zamānon, tempus,* rel. infra §. 10. 1. Nota.

2) *Diphthongos* gignunt literae و et ي, sequentes absque Vocali post heterogeneam Vocalem, sunt ergo: ـَـي vel ـَـاي *ai*, ـَـو vel ـَـاو *au*, rarius, ـُـي *oi* et ـُـوي *ui*.

3) Vocales duplicem habent sonum, *emphaticum* cum literis emphaticis: ص, ض, ط, ظ, ق (quibus lenes obponuntur س, د, ت, ز, ك) et غ, ع, خ, ر, ح (quibus lenes nullae sunt obpositae), conf. §. 2. III.; *lenem* vero cum reliquis literis; qui duplex in pronunciandis vocibus sonus admodum est curandus, ne voces, significatione porsus diversae, mala pronunciatione inter se confundantur, v. c. دمر *interemit* et ضمر *gracilis fuit*; ثار *circuivit* et طار *volavit*; زار *rugivit* et ظار *alterius pullum lactavit*; امل *speravit* et عمل *operatus fuit*; كال *mensuravit* et قال *dixit*. Imo praecedens jam Fathha cum litera quidem leni, quam vero proxime sequitur syllaba emphatica, emphaticè quoque debet efferri, ut sic in priori hac syllaba praeparatio quasi fiat ad sequentem emphaticam, v. c. وسد *cervical supposuit* et وسط *in medio fuit*; posterioris syllaba سَ ob sequentem emphaticam طَ instar emphaticae صَ pronunciatur; نسف *dispersit* et نصف *dimidium absolvit*, posterioris syllaba نَ ante صَ iterum emphatice profertur.

No.

Nota. Nomen Dei O.M. اللّٰه, quamvis nulla gaudeat litera emphatica, honoris causa quam maxima cum emphasi effertur excepto casu, quo Kasra praecedat, tunc leniter audit, ut فِي اللّٰه.

4) In sermone vulgari multae Vocales aut negliguntur aut immutantur, praesertim prima vocabulorum. Vocalis qualiscunque correpte, fere ut *e* brevissimum, effertur, et Vocales ultimae, grammaticali flexioni inservientes, fere ubique omittuntur, unde كِتَابٌ *ketābon* v.c., كُتُب *kátaba*, مَنَاصِرِ *monāsseri* in vulgari sermone sonant: *k'tāb*, *ktab*, *m'nāsser*. Conferantur, quae *Aryda* hac de re disputat, et exemplis confirmat in Dial. I. libri: Arab. Chrestom. von *Jahn* — pagg. 232 — 236.

5) Signa denique Vocalium, exceptis Corano, carminibus, paucisque scriptis aliis, quibus illa sedulo et ubique adpinguntur, in reliquis vulgaribus scriptis rarissime, solis nempe vocibus adscribuntur, quarum significationes, omissis Vocalibus, essent ambiguae.

§. 5. DE SIGNIS ORTHOGRAPHICIS IN GENERE.

Legere ut quis sciat absque errore aut difficultate, porro cognita habere debet signa lectionis, quae sunt: *Dchezm*, *Taschdid* seu *Schadda*, *Hamza*, *Madda* et *Uassla*, de quibus §§. seqq. erit dicendum; primis vero duobus doctrina de *Syllabis* necessario erit praemittenda.

§. 6. DE *STLLABIS*, ET DE SIGNIS: *DSCHEZM* AC *TASCHDID*.

I. *Syllabae* oriuntur ex Consonantibus et Vocalibus, posterioresque in pronunciatione semper sequuntur; syllaba ergo Arabica nec a Vocali incipit, nec sola Vocali constat. Est autem vel *pura* seu *simplex*, quae constat una Consonante cum Vocali aut *brevi*, ut بَ, بِ, بُ, v. c. قُبِلَ, aut *longa*, ut بَا, بِي, بُو, v. c. قَابِلُونَ; vel *impura* seu *mixta*, *composita*, quae ex duabus oritur Consonantibus, una Vocali conjunctis, ut مَنْ, مِنْ, كُمْ.

II. Posteriori in *mixta* syllaba literae, quum semper *careat Vocali* seu *vacua* sit, id quod multi minus bene dicunt *quiescere**), inscribitur signum hoc triplici modo: مَنْ, مِنْ, كُمْ, quod signum dicitur جَزْم *Dschezm*, i. e. *resectio*, *separatio*,

*) *Quiescere* enim dicuntur solae literae *quiescibiles* ي, و, ا, si, absque Vocali sequentes, sonum induunt Vocalis proxime praecedentis, ipsis homogeneae, cf. supra §. 4. III. Not. 1., et *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. §. 11, 1. 2. coll. §. 14, 5. a. Sic ergo libenter hac in re cedimus judicio ac voto Viri colendissimi, qui, benignius certe quam severius, nostrum censuit opusculum (*Joann. Jahn* Elemm. Aram. sive Syro-Chald. Ling., lat. redd. et nonnull. access. aucta — Vienn. MDCCCXX. ap. *Ant. Schmid*) in Ephemm. Hall.: Allgem. Liter. Zeit. Jul. 1821. Nro 180.

tio, resecat enim seu separat posteriorem mixtae syllabae literam a syllaba sequenti, et indicat, talem literam *vacuam* sive Vocali destitutam cum praecedente litera *mota* unam componere syllabam; (respondet ergo omnino שׁ *Schwa quiescenti* Hebraeorum), ut عَبْدٌ *ab-don*, non *a-bdon*, *servus*; قَتَلْتَ *kkatal-ta* (ut קָטַלְתָּ) *occidisti*, vel in diphthongis: لَيْلٌ *lai-lon*, *nox*; قَوْمٌ *kkau-mon*, *gens*.

Nota. Dschezm vero non solet imponi

1) literis اوي *quiescentibus*, in Vocali scilicet homogenea, ut نَارٌ *naron ignis*, نُورٌ *nuron lux*, نِيرٌ *niron jugum*.

2) Nec literae ي, quando in fine vocis post Fathha scribitur pro ا, (conf. §. 45. A. II. Nota 1.), id quod recte ex defectu hujus signi agnoscitur, quare tale ي pronunciandum quoque sicut ا; ita in *Particulis*: مَتَي *quum*, لَدَي *apud*, بَلَي *utique*, *ita*, اِلَي *ad*, حَتَّي *donec*, عَلَي *super*; in omnibus *Verbis* ultima ي, ut رَمَي *jecit*, سَقَي *potavit*, cet.; et in *Nominibus*, terminatis vel *Alef contracto* servili, §. 58. I. 2. b., ut ذِكْرَي *memoria*; vel ي loco ا per IIam aut VIIam Conversionis regulam, §. 45. B. III., ut فَتًي *puer*, مُعْطًي *datus*. Quodsi accedat Suffixum ad ejusmodi Verba vel Nomina, ي aut manet quin diphthongum faciat, aut in ا mutatur, ut رَمَيَهُ vel رَمَاهُ

jecit

jecit eum, فَتَنَهُ vel فَتَاهُ *puer ejus*. Secundum alios tamen ejusmodi ي Nominum vel Verborum accedente Suffixo diphthongescit, prout semper in Particulis illis, paulo enumeratis, ut اِلَيْكَ *ad te*, عَلَيْهِ *super eum*, cet., quibus exemplis simul intelligitur, signum Dschezm tunc imponi, prout in Particulis, quarum ultima litera vere est ي, ut اَيْ *ai*, *nempe*; لِكَيْ *lekai*, *ut*; cet.

3) Denique nec literae و, post Fathha vices gerenti literae ا, in tribus praecipue Nominibus: حَيٰوةٌ *hhajāton vita*; صَلٰوةٌ *ssalāton preces*; زَكٰوةٌ *zakāton eleemosyna*; cum Suffixis vero haec Nomina ا recipiunt, ut حَيَاتُهُ *vita ejus*.

III. Eidem posteriori in *mixta* syllaba literae, si proxime post se habet aliam sui similem, quae propterea compendii causa non scribitur, signum abbreviaturae (instar lineae horizontalis in literis Germanicis ñ m̃) imponitur ـّـ, parvum quasi ش, a quo incipit Nomen hujus signi proprium شَدَّةٌ *Schadda* sive تَشْدِيدٌ *Taschdid* i. e. *vehementia*, *roboratio*, *duplicatio*, aut تَثْقِيلٌ *aggravatio*; duplicat enim ut Hebraeorum Dagesch forte, cui respondet, literam, cui imponitur, nam ex شَدَدَةٌ v. c. fit شَدَّةٌ, ex نَزَزَلَ fit نَزَّلَ. Omnibus literis duplicatis hoc signum inscribitur, sola excepta ا.

Nota. Hoc vero signum, (apud Mauros ـّـ ـّـ ـّـ), ut apud Hebraeos Dagesch duplicis est generis, et *necessarium* et *euphonicum*.

1)

1) *Necessarium*, quod semper debet imponi literae, quae proxime ante se habet *Vocalem*, ut نَزَّلَ pro نَزْزَلَ, مَدَّ pro مَدَدَ, عَلَيَّ pro عَلَيْيَ, cet., necessario requiritur ad definiendam plurium vocabulorum significationem et pronunciationem; tale autem est

a) *characteristicum* in Formis auctis: II, V, IX, XI Verbi triliteri § 22., et in IV Forma Verbi quadriliteri, §. 23.

b) *compensativum* in nonnullis Verbi geminati flexionibus, §§. 40. 41.

c) *compensativum* pariter, quoties vel in una voce vel in duabus vocibus compositis duarum literarum aut earundem (per concentrationem) aut similium (per assimilationem) prior, tanquam per se *vacua*, sive Vocali destituta, in alteram per se *motam* inseritur. Ita v. c. in una voce: إِتَّبَعَ pro إِتْتَبَعَ *persequutus fuit*, ubi vacua ت in eandem sequentem ac motam ت per *concentrationem* inseritur; إِدَّكَرَ pro إِذْدَكَرَ *recordatus fuit*, ubi prior vacua ذ in sui similem sequentem ac motam د per *assimilationem* inseritur. In duabus vocibus compositis duo distinguendi sunt casus,

α) Si accedit Pronomen, sive *agens* ad Verba (§. 28. I.) sive *patiens* seu *Suffixum* ad quaecunque vocabula, ut ثَبَتَّ pro ثَبَتْتَ *constans fuisti*, أَمَنَّا pro أَمَنْنَا *confisi sumus*; vel عَنِّي pro عَنْنِي *de me*, عَلَيَّ pro عَلَيْيَ *super me*

β) Si quaecunque duae voces separatae conjunguntur, ut إِذَّاكَ pro إِذْذَاكَ *tunc temporis*, (ad verbum: *quum illud*);

الّا

إلّا *nisi* pro إنْ لا *si non*; عمّا pro عنْ ما *de eo, quod*; cet.

2) *Euphonicum* adscribitur literae, proxime *Consonantem vacuam* sive Vocali carentem ante se habenti, quae *vacua* euphoniae gratia in sola pronunciatione, non autem in scriptura, abjicitur, cujusque loco proxime sequens litera per Schadda duplicatur, id fit

a) in *solaribus* literis (conf. §. 3.) post ل Articuli ال Nominibus praefixi, ut الرّبّ *ar-rabbu*, non *al-rabbu*, *dominus*; الشّمس *asch-schamsu*, non *al-schamsu*, *sol.* Dicitur ejusmodi Schadda *Euphonicum Lamdale.*

Nota. 1. Saepius Articuli ل ne scribitur quidem ante eandem ل solarem, ut اللّيل pro الليل, *nox*; id inprimis obtinet in illis Pronominis relativi Casibus, qui maxime sunt in usu: in sing. *masc.* الّذي, ejusque *feminino* الّتي, ac in plurali *masculino* الّذين; in reliquis vero, rarioribus quippe, Casibus nunquam.

2) Semper autem ante ل solarem Nominis prorsus expungitur ل Articuli, si Articulo praefigitur ل nota Dativi, ne tres eaedem literae ل concurrant, ut لليل pro لِلليل *nocti*, لله pro لِلله *Deo.*

b) Euphonicum porro *Deltale* adest in Pronomine agente ت, cui proxime praecedit tertia Verbi radicalis litera *vacua*, illi ت similis, nimirum: ث, د, ذ, ص, ض, ط, ظ, ut قعدتُّ *sedi*, مرضتَّ *aegrotus fuisti*, سقطتَّ *cecidisti*; qualis forma cum Schadda euphonico praestantior est quam absque illo.

c)

c) Euphonicum denique *Initiale*, idque vel *Primarium* adponitur literis initialibus لومير (conf. §. 2. III. Nota in fine sub 2.), quibus praecedit ultima praecedentis vocabuli litera ن *vacua*, sive expressa sit, ut مِنْ رَبِّهِ *mer-rabbihi*, *a domino suo*; sive lateat in Nunnatione, ut قلب مطهر *Kalbom-mottahharon*, *cor mundum*; vel *Secundarium* adest in quavis litera initiali (gutturalibus exceptis), si in eandem desinit literam vocabulum praecedens, quod ergo cum sequenti vocabulo in pronunciatione coalescere indicat Schadda, ut مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ *man jastágh-ferrábbahu*, *qui veniam petit a Domino suo.*

Usus euphonici Schadda *Initialis* rarior, in solis fere Corani exemplis sedulo scriptis, occurrit.

§. 7. DE HAMZA ET MADDA.

I. Signum ـٓـ, *) هَمْزَةٌ *Hamza* i. e. *punctio*, **) proprium est literae Alef, cujus comes est:

1) Si *mota* est quademumcunque Vocali, sive radicalis sit litera, sive servilis; sono hujus Alef, qui, utpote pendens a Vocali, esse potest vel أَ *a*, vel إِ *e*, vel أُ *o*, vim tribuit *Accentus*, ejusque aut *lenis*, si ponitur initio vocis, ut أَوَّانٌ *dua-*

*) Initium est literae ع, cujus loco Mauri punctum crassum flavo aut viridi colore pingunt.

**) Ab هَمَزَ *pupugit*, quia, prout arantes boves, punct. stimulo, excitantur, ita Alef per Hamza movetur.

duīnon tempus; ابْنٌ *ébnon filius;* أُسْدٌ *ósodon leones;* aut *acuti*, qui cum elata acutaque vocis commotione profertur, elatiori adhuc et acutiori, quam quae auditur in Nominibus Italicis, exeuntibus in *tá* et *tú*, v. c. *felicitá*, *virtú*, qui ergo, si recte effertur, energiam conciliat auditui quam maxime gratam; id obtinet in medio et fine vocis, ut سَأَلَ *saála interrogavit;* مَلَأَ *malaá implevit.*

2) Si Alef est *radicalis* litera sed *destituta Vocali*, ubi Hamza indicat, illam non servilem, sed radicalem esse literam; quare tunc ا, tanquam *radicalis* litera, non *Alef*, sed *Hamza* dicitur a signo, quo tunc semper notatur, *Alef* vero dicitur tanquam litera *servilis quiescens*, ut in نَارٌ *ignis.*

Nota a). Hoc signum eo certius requiritur, si propria Hamzae litera ا in medio vel fine vocis per regulas Hamzae, (de quibus §. 42. dicetur), in و vel ي transiverit, quae ergo literae و vel ي, Hamza notatae, eodem pronunciandae sunt accentu, ut بِئْرٌ *biron* pro بِارٌ *héron*, *puteus*, بُؤْسٌ *búson* pro بُاسٌ *bóson*, *calamitas.*

b) Saepe, suppressa litera ا (ي و), solum ponitur Hamzae signum, idque

α) vel *licite* in medio vocis, inprimis si cadit post literam vacuam aut post Particulam interrogandi أَ, ut

يسل

يسل pro يسال *rogabit*, مسول pro مسوول *rogatus*, انذرت *admonuistine?*

β) vel *necessario* in fine vocis si praecedit litera, Vocali destituta, praesertim اوي, ut بدء pro بدوء *initium*, بدء pro بدي *initii*, بوء pro بووء *reditus*, شيء pro شيوء *res*, ماء pro ماوء *aqua*; imo litera Hamzae finalis post vacuas aut quiescentes اوي plane in easdem transit, quo facto ambae literae eaedem per signum geminationis in unam coalescunt; ut شي pro شيء *res* et سوّ pro سوء *malum* per Schadda, مآء pro ماء *aqua* per signum geminationis, literae Alef proprium, quod est

II. Sub hac figura ~ مدّة *Madda* i. e. *extensio*, *prolongatio*; superponitur autem

1) literae Hamzae geminatae, prout Schadda reliquis literis duplicatis, ut آمن pro أأمن *credidit*, et

2) Hamzae cum Alef servili concentratae, ut مآء pro ماأ *aqua*, سمآء pro سماأ *coelum*, آمن pro أامن *credens*.

In pronunciatione vero Hamzae, per Madda geminatae, non duae sonare debent, sed una tantum litera, protrahenda autem cum aliqua vocis extensione seu prolonganda; آمن ergo non

á-ámana, sed *āmana*, prout Germanicum *Waare*, non *Wá-are*, sed *Wāre*, legendum est.

Nota. Idem praeterea signum adscribitur

a) Literae, post quam ipso usu excidit Alef, ut هَذَا pro هَاذَا, سَلَم pro سَلَام, conf. §. 4. III. Nota ad 1.

b) Literis, quae inserviunt numeris notandis, ut يَا 11, يَب 12, rel.; denique

c) Scribendi compendiis, quae sunt vocabulorum, quorum vices explent, literae primae vel ultimae, in unam vocem coalescentes, ut آه vel اخ pro إِلَي آخِرِهِ *usque ad finem ejus*, *cetera*; ج pro جُمَع *plurale*, م pro مَعْرُوف *notus*, د pro بَلَد *urbs*, نا pro أَخْبَرَنَا *narravit nobis*, ثنا pro حَدَّثَنَا *tradidit nobis*; imprimis notanda sunt tanquam compendia ceteris usitatiora: تعه pro تَعَالَي ٱللّٰهُ *exaltetur Deus*; عم pro عَلَيْهِ ٱلسَّلَام *sit ei salus*, formula, quae nominibus prophetarum, v. c. Abrahami, Mosis, cet. adjici solet; maximi vero prophetae, Mohhammedis nomini additur: صلعم i. e. صَلَّي ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّم *propitius sit ei Deus, salutemque praestet.*

§. 8. DE UASSLA.

Arabes nullum vocabulum a Consonante incipiunt *vacua*, sive Vocali destituta; talis ergo si esset initio vocis, praefigunt Alef servile seu *prostheticum*, ut ابْن pro بْن (בֵּן) *filius*; id praecipue obtinet in Graecis Latinisque vocabulis, quae incipiunt

piunt a duabus Consonantibus, ut اسْطَبْل καβλιον, اسْطَفْلِين καφυλίνος, اسْفَنْج σπογγος, اقْلِيم κλιμα. Conf. *Jahn.* Elem. aram. ling. Vienn. MDCCCXX. §. 8. II. pag. 17.

Saepius jam ejusmodi Alef prosthetico, eique soli, proxime tamen praecedente aliquo vocabulo, imponitur hoc signum ـٱ, quod vocatur وَصْلَة *Uassla* i. e. *conjunctio;* significat enim, illam Hamzam literam, initio praefixam, esse *Hamzam unionis*, seu illam, abjecta Vocali sua, una cum sequente Consonante, haec quum semper sit vacua, in pronunciatione conjungendam esse cum ultima Vocali vocabuli praecedentis, ut رَمْلُ ٱلْبَحْرِ *arena maris*, ubi legendum: *ramlúl—bahhri*, non autem: *ramlu albahhri*; حَرَارَةُ ٱلشَّمْسِ *calor solis* legendum: *hhararatúsch-schamsi*; in quo posteriori exemplo, quia ل Articuli ante solarem ش etiam non pronunciatur, (§. 6. III. 2. a.) ش quoque in pronunciatione trahi debet ad Vocalem ultimam praecedentis vocis, id quod semper fit, si post Articulum solaris sequitur litera; بِالْبَرِّ وَٱلْبَحْرِ *terra marique* legendum: *belbárri ual-báhhri*, unde patet, Hamzam unionis

cum Vocalibus etiam praefixae Particulae بِ *in* ac وَ *et* esse conjungendam.

Notanda. I. Non omnis Hamza, initio vocis literae vacuae praeposita, jam est *Hamza unionis*; talis enim restringitur ad Hamzam prostheticam

a) In Articulo اَلْ et in Pronomine relativo اَلَّذِي, quia huic Articulus est praefixus, §. 20 A. I

b) In decem Nominibus, quae sunt

اِبْنٌ / اِبْنَمٌ	(בֵּן)	*filius*	اِسْتٌ	(שֵׁת)	*nates*
			اِسْمٌ	(שֵׁם)	*nomen*
اِبْنَةٌ	(בֶּנֶת pro בַּת)	*filia*	اِمْرَاءٌ	(מֹר)	*vir*
اِثْنَانِ	(שְׁנַיִם)	*duo*	اِمْرَاةٌ	(מְרָא)	*mulier*
اِثْنَتَانِ	שְׁתַיִם pro שְׁנָתַיִם	*duae*	اَيْمٌ	(יָמִין, יָמֹן)	*jusjurandum.*

c) In Verbi triliteri Imperativo primae Formae, nec non in Aoristo I Imperativo et Infinitivo septem Formarum ultimarum, i. e. a VII ad XIII usque; sola ergo Forma IV excipitur, quae sonum praefixae Hamzae characteristicae tanquam unici characteris conservat.

II. In his itaque vocibus, paulo ante enumeratis, si per se subsistant separatae, Hamza praefixa Vocali Kasra notatur, exceptis

α) اَلْ Articulo, et اَيْمٌ Nomine, quorum Hamza Fathha movetur, et

β)

β) Imperativo Formae primae, cujus media radicalis habet Ddamma; in hujus enim Vocalis gratiam Hamza etiam Ddamma adsciscit, ut اُنْصُرْ, non اِنْصُرْ, *adjuva*, اُؤْمُلْ *spera*.

Si autem Hamza unionis per *Uassla* cum aliqua voce praecedente conjungitur, semper, sua Vocali abjecta, acquirit ultimam praecedentis vocis Vocalem, qualiscunque demum sit; nec aliud quid obtinet, quamvis post Hamzam sequatur و vel ي quiescens, ut in اُؤْمُلْ *spera*, اِئْذَنْ *audi*; legitur ergo يَقُولُ ٱئْذَنْ *jakkulu-dhsan*, (non: *jakkulu-idhsan*); قَالَ ٱؤْمُلْ *kkala-mol*, (non: *kkala-umol*).

III. Ultima praecedentis vocis Consonans si vacua est, semper in gratiam sequentis Hamzae unionis aliquam adsciscit Vocalem, eamque *Kasra*, nonnullis exceptis, quae euphoniae gratia notantur 28

1) *Fathha*, quae sunt: a) Praepositio مِنْ *a* vel *ab*, ut distinguatur a Pronomine مَنْ *quis*, ut مِنَ ٱللّٰهِ *a Deo*; b) Suffixum primae Personae singularis ي vel نِي, ut نَصَرَنِي ٱللّٰهُ *juvit me Deus*, نِعْمَتِيَ ٱلَّتِي *gratia mea*, *quae*; c) Terminatio ي Numeri dualis in Casu obliquo et constructo, quae praeterea geminatur §. 62 A 1, ut كِتَابَيِ ٱلتَّوْرَاةِ *duorum librorum legis*. Alii tamen huic ي, quin geminent, tribuunt Kasra. d) Nihil vero additur Plurali sano masculino constructo, quia literae اوي, in fine praecedentis vocis quiescentes, unioni cum sequente Hamza non obstant,

ut

ut نَاصِرُوا ٱلْمَظْلُومِ *adjutores oppressi*, عَابِدِي ٱللّٰهِ *cultorum Dei*, غَزَا ٱلْمَدِينَةَ *expugnavit urbem.*

2) *Ddamma*, quae sunt: a) Suffixa كُمْ et هُمْ cum Pronomine separato أَنْتُمْ *vos*, ut حَفِظَكُمُ ٱللّٰهُ *conservet vos Deus.* Si autem Ddamma Suffixi هُمْ transiverit in Kasra, (id quod, sicut in Suffixis هُ هَا et هُنَّ, semper obtinet proxime praecedente aut Kasra aut ي vel quiescente in Kasra, vel diphthongescente in Fathha), م quoque finale ante Hamzam unionis per homogeneam cum praecedente Vocali movetur Kasra, ut يَرْمِيهِمُ ٱلْعَدُوُّ *jaculatur illos hostis.* b) In Aoristo I. terminatio Personae pluralis masculinae et *secundae* تُمْ omnium Verborum, et *tertiae* وا ـُ Verborum لو et لي seu tertia radicali و et ي; ut فَعَلْتُمُ ٱلْخَيْرَ *fecistis bonum*, رَمَوُا ٱلسِّهَامَ *jaculati sunt sagittam* (a رَمَى), غَزَوُا ٱلْمَدِينَةَ *oppugnarunt urbem* (a غَزَا pro غَزَوَ). c) Particula مُذْ *a quo tempore*, ut مُذْ ٱلشَّهْرِ *inde ab hoc mense.*

IV. Hamza unionis, posita vel initio enunciationis vel post Articulum vel post Nunnationem, et notatur et legitur Motione sua, de qua diximus supra sub II., ut ٱلْاِصْطِبَارُ نَصْرٌ اُغْتُنِمَ *patientia est victoria, quae jam acquisita fuit*, pro ٱلْاِصْطِبَارُ نَصْرٌ اُغْتَنِمَ. Simili modo, si Hamza unionis in eadem sententia frequentior occurrat, notatur quidem signo Uassla, sed ne nimiae fiant vocum con-

conjunctiones, quibus, eodem spiritu efferendis, haud raro impar esset lector, saepius, salvo tamen sensu, est sistendum, et postea Hamza seorsim pronuncianda, ita v. c. initio Abdullatifi Chrestom. *Jahn.* pag. 107. *Profecto terra Aegypti est* مِنَ ٱلبِلَادِ ٱلعَجِيبَةِ ٱلآثَارِ ٱلغَرِيبَةِ ٱلأَخْبَارِ *ex regionibus, quae mirabiles sunt vestigiis* (ruinis), *peregrinae notitiis* – legendum est: *menal-beladil-adschibatil-athsari, algharibatil-achhbari.*

V. Denique non raro Hamza unionis iterum abjicitur: 1) In ابْنٌ, si occurrit inter duo Nomina propria, quae eidem personae, pro more Orientalium, tribuuntur in adposito, ut يُوسُفُ بْنُ أَيُّوبَ *Josephus, filius Jobi.* Id ergo non fit, si in adposito non sequitur Nomen proprium, sed adpellativum, ut زَيْدٌ ٱبْنُ عَمِّي *Zaidus, filius patrui mei*; vel si alterum Nomen proprium tanquam Praedicatum enunciationis aliam spectat personam, ut زَيْدٌ ٱبْنُ مُحَمَّدٍ *Zaidus est filius Mohhammedis.*

2) In اسْمٌ, praesertim et in formula Corani, Mohhammedanis usitatissima: بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ *In nomine Dei, miseratoris misericordis*, et in formula Christiana: بِسْمِ ٱلآبِ وَٱلابْنِ وَٱلرُّوحِ ٱلقُدُسِ *In nomine P. et F. et Sp. S.*

3) In Articulo ٱلْ, quem praecedat vel لِ, nota Dativi, ut لِلرَّجُلِ *viro*, لِلَّيْلِ *nocti*; vel لَ *sane, utique*, Particula confirmandi, ut لَلْحَقُّ *veritas sane*; vel أَ *an, num*, Particula interrogandi, ut أَلْمَاءُ pro أَٱلْمَاءُ *an aqua?*

4)

4) Ob eandem interrogandi Particulam potest in illis Nominibus et Verbis (de quibus supra I. b. c.) vel tota Hamza vel saltem illius litera ا supprimi, ut أَبْنُكَ pro أَأَبْنُكَ *num filius tuus?* أَتَّخَذْتُمْ pro أَأَتَّخَذْتُمْ *an accepistis?* أَنْذَرْتَ *num monuisti?*

§. 9. DE DISTINCTIONIS SIGNIS.

Distinctionis signa in vulgaribus Arabum scriptis vix usurpantur; quae autem, in Corani praesertim exemplis, occurrunt, quam maxime variant. Finem inprimis pericopae majoris solent diversis indicare signis: ؛ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⊙ ‘‘‘, cet. In Corano aliisque carminibus singuli in specie versus signo ۞ distinguuntur. Praeterea in Corani codicibus certae literae, minio lineis superscriptae, pausas docent longiores breviòresque in praelegendo observandas; publica enim Corani lectio apud Mohhammedanos accuratissima esse debet, qua de re conf. *Aryda* in Dial. I. Chrestom. Arab. *Jahn.* pag. 226. Sic v. c. superscripta م (per compendium pro لَازِمْ *necessarius*) indicat pausam necessariam ad sensum recte concipiendum; ط (pro مُطْلَقْ *absolutus, universalis*) pausam, ab universis

Co-

Coràni anagnostis agnitam; ج (pro جائز *permissus*) pausam, pro lubitu cujusque faciendam. Ultimaè voci versus, ad quem ob sensum minus absolutum sistere non licet, inscribitur لا (pro لا وقف *minime* hic est *pausa*).

§. 10. DE TONO ET ACCENTU.

Praeter *Accentum*, eumque *lenem* et *acutum*, qui Hamzae signo notatur, (§. 7. I. 1.) bene observandus est *Tonus* (رفاعة, *elatio vocis*), qui postulat, ut ad syllabam, cui inest Tonus, paululum cum aliqua vocis elatione insistamus, quin tamen protrahatur, ut fit in longa syllaba. In qua autem vocis syllaba Tonus sedeat, non obstante defectu notae alicujus peculiaris, facile intelligitur. Nam in universum *ultima* syllaba nunquam Tonum habet; dissyllaba ergo attollunt syllabam penultimam, ut يَدٌ *jádon manus*, لَحْمٌ *lâhhmon caro*, أَنْصُرْ *ónssor adjuva*; polysyllaba vero antepenultimam, ut فَرَسٌ *fárason equus*, يَقْتُلُ *jákktelu occidet*, قُذَعِلٌ *kkodhsámelon*, *camelus corpulentus*.

Excipitur 1) *Longa* syllaba ob longam Vocalem (§. 4. III. Nota 1.), quae perpetuo, sive penultima, sive antepenultima, simul Tonum habet, ut أَعْمَالٌ *amālon opera*,

a sing. عَمَلٌ *ámalon opus*, عَمُودٌ *amūdon columna*, صَدِيقٌ *ssadikkon justus*. Si duae in eadem voce occurrunt longae syllabae, Tonus sedet in posteriori, ut عَامِلُونَ *āmelūna operantes*.

Nota. Nonnulla tamen vocabula ipso usu Alef protractionis post Fathha amittunt, idque

a) Vel *constanter* et *necessario*, quare ipsa ejusmodi syllaba semper una cum Tono est protrahenda, ut sequentia: هٰذَا pro هَاذَا *hic*, cum derivativis هٰذِهِ pro هَاذِهِ *haec* et هٰؤُلَآءِ pro هَاؤُلَآءِ *hi*; ذٰلِكَ *ille* pro ذَالِكَ; أُولٰئِكَ pro أُولَائِكَ *illi*; هٰكَذَا pro هَاكَذَا *sic*; لٰكِنْ pro لَاكِنْ *sed*, *attamen*; quibus accedit nomen Dei إِلٰهٌ pro إِلَاهٌ, quod semper cum vel absque Articulo penultimam una cum Tono habet longam, unde dicitur إِلٰهٌ *Elāhon Deus* quicunque, إِلَّاهُ *Alelāhu Deus* determinatus aliquis, et اللّٰهُ *Allāhu Deus* verus.

b) Vel *licite* et *ad libitum*, unde ipsa ejusmodi syllaba jam longa est cum Tono, jam brevis, in qua Tonus ex regula universali est adplicandus, quae sunt: ثَلٰثٌ pro ثَلَاثٌ *tres*, quod dicitur vel *thsalātkson*, ubi Tonus in penultima, quia producitur, vel *thsálatkson*, ubi Tonus in antepenultima tanquam in vocabulo trisyllabo; porro ثَلٰثُونَ pro ثَلَاثُونَ *triginta*; مَلٰئِكَةٌ pro مَلَائِكَةٌ *angeli*; سَمٰوَاتٌ pro سَمَاوَاتٌ *coeli*; denique omnia Participia contracta, v. c. حَرِثٌ pro حَارِثٌ *arator industrius*, §. 67. A. II. 2.

2) Porro excipitur syllaba *mixta* seu *composita*, (§. 6, I.) quae, sive sit penultima, sive antepenultima, semper est

est attollenda, ut قَبِلْتُ *kkabálta advenisti*, عَبِيدُ *obáidon servulus*, نِعْمَتِي *némati gratia mea*. In literis ergo, ob geminationem Schadda adfectis, perpetuo quoque sedet Tonus, quia ibi est syllaba mixta, ut مَقَرّ *makkárron*, non *mákkaron*, *locus stabilis*. Si duae pluresve in eadem voce mixtae occurrunt syllabae, ultima Tono gaudet, ut اِسْتَخْرَجْتُ *estachrádschtu eduxi*, اَلْمُسْتَقْبَلُ *almostákkbelu tempus futurum*.

8) Praeterea in duabus vocibus, per Uassla ob unionis Hamzam conjungendis, ibi Tonus, ubi conjunctio, ut عَمُودُ الْبَيْتِ *amudúl—baiti*, *fulcimentum domus*. Ob intimum nexum similiter legendum est in Duali et Plurali Participiorum, quorum ن finale ob statum Regiminis excidit, ut نَاصِرَا زَيْدٍ *nasserá-Zaiden*, *duo adjutores Zaidi*, ضَارِبُو عُمَرٍ *ddarebú-Omaren*, *percussores Omaris*.

4) Monosyllabae denique Particulae, quibus accedit una alterave *monolitera* praefixa, pronunciandae sunt cum acuto Accentu, ut أَمَا *amá*, *annon?* (composita ex interrogativa أَ et negativa مَا); لَفِي *laff*, *utique in*, (ex لَ adfirmante et Praepositione فِي); لِكَيْ *lekai*, *ut*, (ex لِ et كَيْ); لَبِمَا *labemá*, *sane propterea quod*, (ex duabus monoliteris praefixis لَ et بِ ac Pronomine مَا). Excipitur كَمَا *sicut*, quae, composita quamvis ex monolitera Particula comparandi كَ et Pronomine مَا, absque Accentu legitur *Kama*. Monosyllabae autem, quibus *plurium* literarum praefiguntur Praepositiones, aut plures plane syllabae, Tonum habent

bent secundum regulam, ut فِيمَا *fíma cum*; عِنْدَمَا *éndama tempore quo*; كُلَّمَا *kóllama quotiescunque*; exceptis tamen interrogativis, Alefo quiescente obtruncatis, quae Tonum, eumque protractum, constanter tenent in syllaba media obtruncata, ut إِلَامَ *elāma quousque*, pro إِلَى مَا; حَتَّامَ *khattāma*, idem, pro حَتَّى مَا; عَلَامَ *alāma ad quid? quare?* pro عَلَى مَا.

§. 11. SPECIMINA LECTIONIS.

Legendi elementa, quae hactenus *Aryda* potissimum duce exposuimus, Arabes omnes, in solis tamen carminibus, maxime in Corano praelegendo, demtis nonnullis, quae singulis provinciis sunt peculiaria, vulgo provincialismis, sollicite observant; in reliquis vero scriptis soli cultiores et literati, quorum itaque sermo a vulgari magnopere differt, §. 4 Nota 4. Ut jam et illa legendi principia suum in aliquo exemplo usum habeant, et grave illud discrimen literatum inter ac vulgarem sermonem clarius pateat, duo lectionis specimina liceat subjungere.

I. Specimen prius: *Oratio dominica* cum subscripta pronunciatione —, cultiorum, in Syria praecipue, Arabum sermonem, hactenus traditis legendi elementis accommodatum, exercitationis gratia exhibeat.

Pa-

sanctificetur coelis in qui nostri Pater

لِيَتَقَدَّسِ ٱلسَّمَوَاتِ فِي ٱلَّذِي أَبَانَا

lejatakkáddasis- samauāti fi's- ládhsi Abanāl-

tui voluntas fiat tui regnum adveniat tui nomen

مَشِيئَتُكَ لِتَكُنْ مَلَكُوتُكَ لِيَأْتِ ٱسْمُكَ

maschijátŭka létakon malakūtŭka lejāti mŭka

nobis da terram super similiter coelo in sicut

أَعْطِنَا ٱلْأَرْضِ عَلَى كَذَلِكَ ٱلسَّمَاءِ فِي كَمَا

áttena árddi alal- kadhsāleka samāi fi's-kŭmŭ

condona et nostri diei sufficientiam ad nostri panem

وَٱغْفِرْ يَوْمِنَا كِفَاةَ خُبْزِنَا

uâghfer jaumĭna kefāta chhóbzana

qui ei condonamus nos sicut nostri culpas nobis

لِمَنْ نَغْفِرُ نَحْنُ كَمَا ذُنُوبِنَا لَنَا

lemán nághferu náhhnu kŭmŭ dhsonūbŭna lanâ

tentationes in nos inducas ne et nos in peccavit

تَجَارِبِ فِي تُدْخِلْنَا وَلَا أَلْبِنَا أَخْطَأَ

tadschārĕbi fi't- todchhélna ualá eláina áchhttaâ

Amen malo a nos libera sed

آمِينَ ٱلشِّرِّيرِ مِنَ نَجِّنَا لَكِنْ

Amīna scherīri menásch- nádschdschĕna lāken

II. Alterum: *Fragmentum* loci, quem *Aryda* eodem nobiscum adtulit consilio in Dial. I. libri: Arab. Chrestom. von *Jahn*, Wien 1802. pagg. 234 — 236, ratione habita Vocalium, quae supprimi solent, pronunciationis discrimen, in vulgari sermone fere obtinens, oculis subjiciat, collato simul initio ejusdem Dialogi, pagg. 221, seqq., ubi idem locus secundum purae Syntaxeos regulas conceptus legitur, atque detersus a vocibus et phrasibus, apud vulgum tantummodo usitatis.

بظنّ أنّ مناخ بلادنا ما بيوافيك لسبب تقلّبه الزّائد وخاصة لأنّك مربّي في غير بلاد مناخها ألطف وهواها أعدل:

هيك صحيح ولا تظنّ حضرتك أنّ برد هل بلاد ولو كان قاسي ما بيضيمني قدّ ما بيضيمني طقسها ومناخها اللّي بيتغيّر كلّ ساعة شكل.

B'zzonn an m'nachh b'lādna ma b'jouatīk l'sábab tkkállobhiz — zājed uchhāssat l'ánnak m'rábba fi ghair b'lād mnāchhha alttaf uhuāha ádal.

Háik ssăhhīhh ulá tázzónn hhaddrátak an bard hal b'lād uláu kānŭ kkāsi ma b'joddīmnĭ kkad ma b'joddīmnĭ ttákkshŭ um'nāchhhă ālli b'jatg'háir kóll sāat schákl.

Puto,

Puto, (ait *Jahn* ad *Aryda*) *tempestatem regionum nostrarum non bene conducere Tibi ob vicissitudines ejus frequentes, praesertim quum Tu sis educatus in aliis regionibus, quarum tempestas mitior est, et äer lenior.*

Ita (respondet *Aryda*) *vere est, nec putet Dominatio Tua* (*Praesentia Tua*, ad verb.), *frigus harum regionum, quamvis vere sit grave, adeo molestum mihi accidere, quam vexat me clima ejus et tempestas, quae mutatur omni hora modo (specie) aliquo.*

CAPUT II.

De Consonantium et Vocalium permutationibus.

§. 12. DE CONSONANTIBUS PERMUTANDIS IN GENERE.

41

Praeprimis hoc loco sermo esse solet de permutationibus literarum infirmarum اوي, quas tamen, quum in Verborum praecipue flexionibus locum habeant, praeeuntibus *Vatero* et *Aryda* ea recensebimus occasione, qua Verbis statim adplicatae ipso usu et facilius intelligantur, et altius inhaereant. Hic vero, Arabica lingua partim per se spectata, partim collata cum linguis cognatis Hebraica et Syro-Chaldaica, exponemus quae Arabicae Consonantes saepius partim in ipsa lingua Arabica secum permutentur, partim pro aliis linguae Hebraicae et Aramaicae substituantur.

O-

Omnes fere et rariores quoque Arabicarum literarum cum Hebraicis et Aramaicis permutationes post *Schultensium* omnium accuratissime inquisivit, et exemplorum nube illustravit *Jahn* (Arab. Sprachlehre, Wien 1796. §§. 21 — 35), ad quem lectores, hujus rei cupidiores, remittimus. Quae vero literae in Arabica lingua secum permutentur, praecipue docuit *J. D. Michaelis*, conf. Arab. Gramm. pagg. 82 — 98.

§. 13. DE LITERIS, QUAE IN IPSA ARABICA LINGUA SECUM PERMUTANTUR.

Literae, quae in ipsa Arabica lingua invicem permutantur, sunt

I. Literae, quarum duplicem pronunciationem soli postea Arabes punctis diacriticis impositis indicarunt, nimirum: ت et ث, ح et خ, د et ذ, ص et ض, ط et ظ, ع et غ (conf. §. 2.), quae ita permutantur, ut vox ejusdem significationis duplici ejusmodi litera scribatur, v. c. حَبَجَ et خَبَجَ *percussit*, et *pepedit*; حَبَشَ et خَبَشَ *collegit*; رَضَخَ et رَضَحَ *confregit*, نَعَبَ et نَغَبَ *fluxit*, حَمَصَ et خَمَصَ, *tumor*, *bullitus*, cet. *desiit*, مَاتَ et مَاثَ *mortuus fuit*.

II.

II. Nonnullae literae ejusdem organi saepius cum nonnullis ejusdem organi permutantur, nimirum

a) Nonnullae *gutturales* cum nonnullis *gutturalibus*, sic v. c.

ا cum ع, sed rarissime, ut زَأَفَ et زَعَفَ, *vehementi aestu adflatus est*, زَرَعَ et زَرَأَ *seminavit*, أَرْ pro عَارٌ *pudor*;

ا cum ه, rarius quoque, ut أَشَّ et هَشَّ *velox fuit*, آلٌ et أَهْلٌ *familia*; أَبَصَ et هَبَصَ *velox fuit*;

ح cum ه, ut حَبَشَ et هَبَشَ *congregavit*; لَحَسَ et لَهَسَ *linxit*; رَحِيفٌ et رَهِيفٌ *vinum generosum*; حَشِيشٌ et هَشِيشٌ *herba arida*.

b) Nonnullae *labiales* cum nonnullis *labialibus*, ut

ب cum م saepissime, v. c. بَكَّةُ et مَكَّةُ *Mecca*, بَتَرَ (בתר) et مَتَرَ *secuit*, بَذَلَ et مَذَلَ *largitus fuit*, ثَلَبَ et ثَلَمَ *disrupit*, مَنْبَجُ a Persico بَنْبَةُ *bombyx*;

ب cum و, v. c. أَبَانٌ et أَوَانٌ *tempus*, شَعْبَذَةٌ et شَعْوَذَةٌ *magia*, حَبْرَبَرَ et حَوْرَوَرَ *aliquid*.

c) Nonnullae *palatinae* cum nonnullis *palatinis*, ut

ج cum ق, v. c. زَلَجَ et زَلَقَ *lapsus fuit*, دَمَجَ et دَمَقَ *immisit*;

ج cum ك, v. c. لَجَ et لَكَ *gustavit*, جُهْدٌ et كُهْدٌ *studium*, زِجْسٌ et رِكْسٌ *sordes*;

ج cum ي, v. c. جَصَصَ et يَصَصَ *oculos aperuit*, اِجْلٌ et اِيْلٌ *cervus*;

ق cum كَ, v. c. حَزَقَ et حَزَكَ *ligavit*, دَقَّ et دَكَّ *contrivit*; تَتَقَ et تَتَكَ *evulsit*, فَتَقَ et فَتَكَ (etiam بَتَكَ) *secuit*.

d) Nonnullae *dentales*

1) cum nonnullis *lingualibus*, ut

ذ cum ز, v. c. جَذَرَ et جَزَرَ *secuit*, جَذَمَ et جَزَمَ idem, ذَعَقَ et زَعَقَ *clamavit*, ذَعَفَ et زَعَفَ *venenum propinavit*;

ظ cum ض, v. c. ظَلَعَ et ضَلَعَ *propendit*;

ث cum س, v. c. ثَجَا et سَجَا *quievit*, ثَعْبٌ et سَعْبٌ *fluens*, مَرَثَ et مَرَسَ (etiam مَرَذَ) *manu contrivit*, *aqua solvit* aliquid.

2) cum nonnullis *dentalibus*, ut

ت

ت cum ط, v. c. تَغَى et طَغَى *erravit*, خَطَفَ et خَتَفَ *rapuit*;

ت cum د, v. c. مَتَى et مَدَى, مَتَّ et مَدَّ, *extendit*;

د cum ط, v. c. دَفَّ et طَفَّ *celer fuit*, سَدَمَ et سَطَمَ *obturavit*, دُفْدَافٌ et طُفْطَافٌ *latus, ora, finis*.

e) Nonnullae *linguales* cum nonnullis *linguali-bus*, ut

ز cum ص et س, v. c. صَعَقَ et زَعَقَ *clamavit, terruit*, خَزَقَ et خَسَقَ *transfixit, perfodit*, رَجَسَ et رَجَزَ *intonuit*, رَكَزَ et رَكَسَ *tremuit*;

س saepissime cum ص, ut سَارَ et صَارَ *ivit, profectus est*, سَلَقَ et صَلَقَ *vehementem edidit sonum*, صُوقٌ et سُوقٌ *forum, platea*; قُصْطُلٌ et قُسْطُلٌ *pulvis*.

f) Denique

1) ل vel cum ن, ut سَدَلَ et سَدَنَ *demisit vestem*, aut *velum*, حَالِكٌ et جَانِكٌ *ater, niger*; vel cum ر, ut لَالَةٌ et رَأْرَأَةٌ *micuit, fulsit*, حَتَلَ et حَتَرَ *fefellit*, ثَثَلَةٌ et ثَثْرَةٌ *thorax*; et

2) ن vel cum م, ut ذَنَّ et ذَمَّ *mucosus fuit*,

مَعَجَ et نَعَجَ *festinavit*, حَنْجَرِيرْ et خَمْجَرِيرْ *aqua salsa*; vel cum و, ut نَبَهَ et وَبَهَ *observavit*, نَبَضَ et وَبَضَ *movit, agitavit*, نَكَثَ et وَكَثَ *transfixit*; vel cum ر, ut نَذَلَ et رَذَلَ *vilis fuit*, سَفَنَ et سَفَرَ *abrasit, everrit*, هَبُونْ et هَبُورْ *aranea*.

§. 14. DE LITERIS ARABICIS, QUAE SAEPIUS PRO ALIIS LINGUAE HEBRAICAE ET ARAMAICAE SUBSTITUUNTUR.

I. Singulis *Hebraicis* et *Aramaicis* literis: ח ܚ, ע ܥ et Hebraicae צ duae respondent Arabicae, nimirum ح et خ τῳ ח ܚ, ع et غ τῳ ע ܥ, ص et ض τῳ צ. Arabes ergo duplicem illarum literarum pronunciationem diversa quoque figura indicarunt, atque Verbum, cujus diversa prorsus significatio apud Hebraeos et Aramaeos sola pronunciatione, non autem literis diversis dignoscitur, Arabes tanquam duplex Verbum scriptura quoque distinxerunt, ita v. c. significat חָפַר ܚܦܪ חָפַר vel *fodit*, ut حَفَرَ; vel *erubuit*, ut خَفَرَ; בָּלַע ܒܠܥ בָּלַע vel *absorpsit*, ut بَلَعَ; vel *vicit*, ut بَلَغَ; Hebr. עָרַץ vel *timuit*, ut عَرَضَ *palpitavit cutis*; vel *restitit*, ut عَرَضَ. Eandem literam Hebraicam צ, si apud Aramaeos illi respondet ܛܥ,

A-

Arabes plerumque exprimunt per ظ, rarius per ط; si vero apud Aramaeos respondet ע, per ض; ut צֵל *umbra*, ܛܠܐ, טוּלָא, ظِلٌّ; צוּר *petra*, ܛܘܪܐ, טוּר, طُورٌ *mons*; אֶרֶץ *terra*, ܐܪܥܐ, אַרְעָא, أَرْضٌ.

II. Singulis literis *Aramaicis*: ܕ, ܕ, ܛ ܛ duae respondent Arabicae: د et ذ, ط et ظ; sic radix ܕܒܒ, respondet et Verbo ذَبَّ *clanculum obrepsit* (unde دَبُّوبٌ *obtrectator)*, et Nomini ذُبَابٌ *musca*; (unde explicantur diversae prorsus significationes Nominum Aramaicorum: ܕܒܒܐ, דְּבָבָא *inimicitia*; דִּבָּא *infamia*, Hebr. דִּבָּה; et ܕܒܒܐ, דְּבוּבָא vel ܕܒܐ, *musca*, Hebr. זְבוּב); Chald. יְעָט, Hebr. יָעַץ, وَعَظَ *admonuit*; ܥܛܠ *cessavit*, (Hebr. עָצַל *tardus, piger fuit)* عَطَلَ *otiosus fuit*. Si pro ܕ, ד adest ذ, Hebraice respondet ז, ut ܕܪܥ, דְּרָע, ذِرَاعٌ, זְרוֹעַ *brachium*; cf. infra III, 10.

III. Denique respondent Hebraicis et Aramaicis literis:

1. א ܐ radicali — أَ, non ا quiescens, (conf. §. 7. I. 2.) ut אָחַז, ܐܚܕ, אֶחָד, أَخَذَ *sumsit, accepit*;

2. ה Hebraeorum et א ܐ Aramaeorum, termi-

minationi Generis feminini — ة, ut חָכְמָה, ܚܟܡܬܐ, חָכְמָא, حِكْمَةٌ *sapientia*;

3. ה Hebraeorum cum Mappik, et ܗ ה Aramaeorum — ة, ut אֱלוֹהַּ, ܐܠܗܐ אֱלָהָא, إِلَهٌ;

4. ה Hebr. et ܗ ה Aram. in medio vocis — ة, ut זָהַר, ܙܗܪ זְהַר, زَهَرَ *nituit*, *splenduit*;

5. ה Hebr. et ܐ א vel ܝ ܝ Aram. *tertiae* radicali — vel ا quiescens (i. e. conversa ex و), vel ي, ut גָּלָה, ܓܠܐ vel ܓܠܝ, גְּלָא vel גְּלִי, quod significat vel *revelavit*, ut جَلَا pro جَلَوَ, vel *migravit*, ut جَلَي; conf. *Jahn.* Gramm. Aram. lat. §. 59. pag. 145.

6. ו Hebr. et ܘ ܘ Aram. *secundae* radicali quiescenti — ا quiescens i. e. conversa ex و vel ي, ut קוּם, ܩܘܡ קוּם, قَامَ pro قَوَمَ *stetit*; בִּין, ܒܝܢ בִּין, *intellexit*, بَانَ pro بَيَنَ *separata fuit res a re*, *clara fuit*, *patuit*; conf. *Jahn.* Gr. Aram. lat. §§. 56. 57.

7. ܝ Hebr. et ܝ ܝ Aram. *primae* radicali — plerumque و, rarissime ي, ut יָקַר, ܝܩܪ יְקַר, وَقَرَ *gravis fuit*; יָבֵשׁ, ܝܒܫ, يَبِسَ *exaruit*; conf. ead. Gramm. §. 55.

8. ש et ס Hebr. et ܣ, ס et ש Aram. —

vel

vel ش, ut שָׂבַע, ܣܒܥ, سَبِعَ *saturatus fuit*; vel س, inprimis ס שׂ, ut אָסַר, ܐܣܪ, أَسَرَ *ligavit*; כִּסֵּא, ܟܘܪܣܝܐ, كُرْسِيٌّ *thronus*;

9. שׁ Hebr. et Aram. — س, rarissime ش, ut שְׁבַע, ܫܒܥ, سَبْعٌ *septem*; שֶׁמֶשׁ, ܫܡܫ, شَمْسٌ *sol*; sed literae שׁ Hebraeorum, quae apud Aramaeos transivit in ܬ, respondet ث, rarius ت, ut שׁוּב, ܬܘܒ, ثَابَ vel تَابَ *rediit*; חָרַשׁ, ܚܪܬ, حَرَثَ *aravit*, sed חָרַשׁ, ܐܚܪܫ, حَرِثَ *mutus et surdus fuit*;

10. ז Hebr., quod apud Aramaeos transivit in ذ, respondet ذ, ut זָהָב, ܕܗܒ, ذَهَبٌ *aurum*; quod autem apud Aram. mansit ز, — ز, ut זָרַע, ܙܪܥ, زَرَعَ *seminavit*; זָהַר, ܙܗܪ, زَهَرَ *splenduit*.

Nota. Aliae praeterea multae, longe tamen rariores, ejusmodi occurrunt literarum permutationes, sic pro מ Hebr. et ܡ Aram. substituitur ب, ut זָמַר, ܙܡܪ, زَبَرَ *amputavit vitem*; pro מ Hebraeorum saepius ن et ن apud Arabes et Aramaeos, ut קוֹטְלִים, ܩܛܠܝܢ, قَاتِلُونَ, קָטְלִין, *occidentes*; pro מ Hebraeorum et م Arabum non raro apud Aramaeos ܢ, ut קְטַלְתֶּם, ܩܛܠܬܘܢ, قَتَلْتُمْ, קָטַלְתּוּן, *occidistis*; pro נ Hebr. et ن Arabum nonnunquam apud Aramaeos ܝ, ut שְׁנַיִם, ܬܪܝܢ, اثْنَانِ *duo*.

Jta

Ita Arabes quoque, ut Aramaei (conf. *Jahn* Gramm. Aram. lat. §. 5. VII.), nonnunquam inserunt ن ante literam, quae esset geminanda, ut שִׁבֹּלֶת (ܫܒܠܐ) سُنْبُلَةٌ *spica*; חִטָּה (ܚܛܬܐ) حِنْطَةٌ et Chald. חִנְטִין *triticum*.

§. 15. DE VOCALIBUS ARABICIS IN UNIVERSUM.

Arabica lingua, omnium semiticarum maxime exculta, (conf. *Gesenius* Geschichte der hebr. Spr. u. Schr., Leipz. 1815 §. 16. pag. 56-58) longe pluribus utitur Vocalibus, quam Hebraica, quae medium, et Aramaica, quae infimum culturae gradum occupat. Talis copiosior Arabicarum Vocalium usus primum jam ex universa radicum Arabicarum cum Hebraicis et Aramaicis collatione satis intelligitur, tum in prima Forma simplici, ut قَرُبَ, Hebr. קָרַב, Aram. קְרַב ܩܪܒ *adpropinquavit*, tum in Formis auctis, v. c. in II. قَرَّبَ קֵרֵב, ܩܪܒ קֵרֵב in IV. أَقْرَبَ, הִקְרִיב, אַקְרֵב ܐܩܪܒ; rel. Praeterea nulla syllaba in Arabicis vocabulis incipit a duabus Consonantibus, quarum prior itaque necessario careret Vocali, ut saepissime obtinet in Hebraicis et Aramaicis vocibus; sed hoc in casu vel adest Vocalis inter duas illas Consonates, ut كِتَابٌ *scriptura*, Hebr. כְּתָב, Aram. כְּתָב ܟܬܒ; زَمَانٌ *tem-*

pus

pus, Hebr. זְמַן, Aram. זְמַן וּכֹ, conf. §. 16. 8.; vel praefigitur Alef prostheticum Consonanti, initio dictionis vacuae, (conf. §. 8.), v. c. اِثْنَانِ *duo*, Hebr. שְׁנַיִם, Aram. תְּרֵין לֹנֵי.

§. 16. DE VOCALIBUS ARABICIS, QUAE SAEPIUS PRO ALIIS LINGUAE HEBRAICAE ET ARAMAICAE SUBSTITUUNTUR.

1. Fathha plerumque adest pro Patach Hebraeorum et Aramaeorum, et saepe quoque pro Kamez Hebraeorum, ut قَبَلَ, קָבַל, ܩܒܠ ܩܒܠ.

2. Non raro pro Kamez Hebraeorum et Chaldaeorum, cui respondet Sekopho Syrorum, Arabes ponunt ـَا, ut قُرْبَانٌ *sacrificium*, Hebr. et Chald. קָרְבָן, Syr. ܩܘܪܒܢܐ.

3. Pro ו Hebraeorum, Chaldaice per Kamez, Syriace per Sekopho expressum, pariter substituunt ـَا, ut قَارِبٌ *adpropinquans*, קוֹרֵב, קָרֵב, ܩܪܒ; عَالَمٌ *seculum*, עוֹלָם, עָלַם, ܥܠܡ.

4. Ubi Hebraei et Chaldaei conspirant in וֹ, Syri et Arabes obponunt diphthongum ـَو, ـُو, ut יוֹם, יוֹמָא *dies*, يَوْمٌ ܝܘܡܐ; מוֹת, מוֹתָא *mortalitas*, *pestis*, مَوْتَانٌ ܡܘܬܢܐ.

5.

5. ◌ַ Hebraeorum et Chaldaeorum, cui respondet ◌ַ Syrorum, exprimunt plerumque per Fathha, ut יִקְטֹל, יִקְטַל, ܢܩܛܘܠ, يَقْتُلُ *occidet.*

6. Hebraeis et Aramaeis, consentientibus in ◌ַ ◌ַ, fere semper accedunt quoque Arabes per ◌ַ, ut קוֹטֵל, קָטֵל, ܩܛܠ ܩܳܛܶܠ, قَاتِلْ *occidens.*

7. Pro Cholem, Komez, Schurek et Kibbuz Hebraeorum, quibus omnibus respondet ܘ ◌ܳ Syrorum, Ddamma substituere solent Arabes, ut קֹדֶשׁ ܩܘܕܫܐ قُدْسْ *sanctitas*; כֹּל vel כָּל־, ܟܠ ܟܳܠ كُلٌّ *omnis.*

8. In segolatis denique Hebraeorum, in quibus Aramaei, abjecta prioris syllabae Vocali, finale Segol mutant in ◌ַ ◌ַ, Arabes contra, ne vox a vacua incipiat litera, servata prioris syllabae Vocali, posteriorem abjiciunt Vocalem, ut נֶפֶשׁ *anima*, נִפְשׁ ܢܦܫ, نَفْسْ; סֵפֶר *liber*, סְפַר ܣܦܪ, سِفْرْ.

Nota. In ipsa quoque lingua Arabica Vocales, quae jam et in cultiori et in vulgari sermone admodum differunt, secundum diversas ejusdem linguae dialectos haud dubie non in pronunciatione sola, sed in ipsa quoque scriptura variis mutationibus esse obnoxias, sponte intelligitur; sic quod in Arabia scribitur إِجَّاصْ *pruna*, in Syria et Aegypto dicitur أَجَّاصْ; ita إِحْدَى عَشْرَةَ Bagdadenses scri-

scribunt, Coreischitae vero إحدى عشرة. Simili per varias dialectos Vocalium mutationi tribui posse videtur duplex aut triplex plane Vocalis, quam fert una eademque multorum vocabulorum syllaba, ut عَنْد, عُنْد et عِنْد *penes, circa*; ظَفْر, ظُفْر, ظِفْر *unguis*; كَثْرة, كُثْرة, كِثْرة *multitudo*, cet. Pronunciationem vero, Aegyptiorum v. c., quam maxime discedere a pronunciatione Syrorum, cujus specimen §. 11. I. adtulimus, *Herbintus* docet in opere praeclaro: Developpemens des principes de la langue Arabe moderne par *F. J. Herbin*, Paris 1803. Preface p. IV.

LIBER II.

Formarum doctrina sive de singulis Orationis partibus.

CAPUT I.

De Articulo et Pronomine.

§. 17. DE ARTICULO.

Articulus, quem Aramaei Nominibus suffigunt, (Jahn. Gramm. Aram. lat. §. 19 pag. 38) Arabes autem et Hebraei praemittunt, ex origine, ut apud Hebraeos, fuit ל, cui, ne initio duae vel tres concurrerent Consonantes, Arabes praefixerunt ا prostheticum, quod propterea est Hamza unionis, (conf. §. 8. I. a), Hebraei vero ה.

Post-

Postea ex hoc Articulo הַל ٱلْ, qui idem est per omnia Genera omnesque Casus ac Numeros, atque Generis omnis, (ὁ, ἡ, τὸ), Arabes ante literas solares (§. 6. III 2. a.) in sola tamen pronunciatione abjecerunt ل, geminata propterea per Schadda litera solari; Hebraei autem ל ante omnes literas nec pronunciarunt nec scripserunt, duplicata per Dagesch compensativum litera sequenti, ut ٱلنَّبِيُّ הַנָּבִיא ὁ προφητης, ٱلْمَدِينَةُ הַמְּדִינָה ἡ πολις, ἡ γη.

Nota. Quando abjiciatur Articuli vel ل, cf. §. 6. III. 2, a. Nota 1.2., vel ٱ, conf. §. 8. V. 3.; quid in Declinatione Nominum Articulus efficiat, conf. §. 61.; quando denique ponatur, conf. §. 67.

§ 18. DE PRONOMINIBUS PERSONALIBUS.

A. De *Separatis* tanquam Subjectis.				*B.* De *Suffixis* tanquam in Casibus obliquis.			
			In Numero Singulari.				
Ego	أَنَا	(هَنَا)	אֲנָא comm.	1 ـِي 2. ـِنِي	لِي	*mihi*	أَيَّايَ *me*
Tu	أَنْتَ	(هَنْتَ)	אַנְתְּ masc.	كَ	لَكَ	*tibi*	أَيَّاكَ *te*
Tu	أَنْتِ	(أَنْتِي)	אַנְתִּי fem.	كِ (كِي)	لَكِ	*tibi*	أَيَّاكِ *te*
Is	هُوَ		הוּא masc.	هُ (هِ)	لَهُ	*ei*	أَيَّاهُ *eum*
Ea	هِيَ		הִיא fem.	هَا	لَهَا	*ei*	أَيَّاهَا *eam*
			In Duali.				
Vos duo vel duae	أَنْتُمَا		*comm.*	كُمَا	لَكُمَا	*vobis duob.*	أَيَّاكُمَا *vos d.*
Iii duo vel duae	هُمَا		*comm.*	هُمَا (هِمَا)	لَهُمَا	*iis duob.*	أَيَّاهُمَا *eos d.*

In

In Plurali.

Nos	نَحْنُ	אֲנַחְנוּ comm.	نَا	لَنَا *nobis*	إِيَّانَا *nos*
Vos	أَنْتُمْ (أَنْتُوا)	אַתֶּם (אַתֶּן) masc.	كُمْ	لَكُمْ *vobis*	إِيَّاكُمْ *vos*
Vos	أَنْتُنَّ	אַתֶּן fem.	كُنَّ	لَكُنَّ *vobis*	إِيَّاكُنَّ *vos*
Ii	هُمْ	הֵם masc.	هُمْ (هِمْ)	لَهُمْ *iis*	إِيَّاهُمْ *eos*
Eae	هُنَّ	הֵן fem.	هُنَّ (هِنَّ)	لَهُنَّ *iis*	إِيَّاهُنَّ *eas*

I. Solus *Nominativus* Pronominum personalium *separatis* exprimitur formis, Casus vero *obliqui* indicantur *suffixis*, scilicet formis fere separatorum, decurtatis vero per acceleratam illorum pronunciationem post Nomina Verba aut Praepositiones, quibuscum conjunguntur; cui simile habemus in Germanico *du hast's*, *im* pro *in dem*, in Graeco πατήρ μου pro πατήρ ἐμοῦ, in Latino *eccum* pro *ecce eum*. Suffixa tamen totius Personae *secundae* originem trahunt a forma obsoleta Pronominis separati. Conf. *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. §. 57. 2. pag. 203.

II. Pronomen secundae et tertiae Personae distinguit Genus masculinum et femininum; primae vero Personae Pronomen communis est Generis, haud dubie quia prima loquens Persona cogitabatur praesens, cujus ergo Genus non adeo distinguendum erat ut in secunda Persona, ad quam, aut in tertia, de qua fit sermo.

III. Suffixa in *Verbis* Accusativum, in *Nominibus* Genitivum, in *Praepositionibus* Casum illum exprimunt, quem Praepositiones regunt, ut لِي *mihi*; in qua constructione triplici formae Suffixorum non differunt nisi in *prima* Persona singulari, cujus forma sub 1) ـِي in Nominibus, et sub 2) ـِي in Verbis locum habet; conf. de Nom. §. 62 B. 3., et de Verb. §. 38. II.

IV.

IV. Suffixa tertiae Personae: هُ, هُمْ, هُنَّ, et هُمَا mutant Damma in Kasra proxime praecedente aut Kasra aut ي vel quiescente in Kasra vel diphthongescente in Fathha, ut بِهِمْ *in iis*, عَلَيْهِ *super eum*, يَرْمِيهِنَّ *jaculatur eas*.

V. Nota Dativi ل mutat Kasra in Fathha cum omnibus Suffixis, excepta prima Persona singulari, quae Dativum format لِي *mihi*.

§. 19. DE DEMONSTRATIVIS.

Pronomen demonstrativum, Duali excepto indeclinabile, triplex est: vel *propinqui* vel *medii* vel *remoti*. Ex demonstrativo *propinqui*, (proprie ذَا masc., ذِه vel تِه fem., cui plerumque هَ praefigitur ex Particula excitandi هَا *ecce*, conf. §. 10. 1. Nota *a*.), oritur et demonstrativum *medii* addito Suffixo كَ *tu*, et demonstrativum *remoti*, eodem addito Suffixo cum praefixa لِ. Illorum tabella est:

I. Demonstrativum *propinqui* اَلْقَرِيبِ.

In Singulari.

Masc. ذَا (ذَاءِ ذَائِهِ) זֶה, דֵּן *hic*, vel cum هَا *ecce*
هَذَا הַזֶּה, הָדֵן

Fem. { ذِي, ذِهِي, ذِهِ, هَذِهِ, דָא, הָדָא, הָדָא
vel
تِي, تِهِي, تِهِ, تَا, تَي, هَتِي, هَتِهِ, זֹאת, הַזֹּאת } *haec*

In

In Duali.

Masc.	Cas. rectus	ذَانِ	(ذَانِّ)	هٰذَانِ
	— obliquus	ذَيْنِ	(ذَيْنِّ)	هٰذَيْنِ
Fem.	— rectus	تَانِ	(تَانِّ)	هٰتَانِ
	— obliquus	تَيْنِ	(تَيْنِّ)	هٰتَيْنِ

hi duo

hae duae

In Plurali.

Comm. أُولَآءُ, (أُولَا,) هٰؤُلَآءِ, אֵלֶּה *hi* vel *hae.*

II. Demonstrativum *medii* المتوسّط. 139

In Singulari.

Masc. ذَاكَ *iste* Fem. تَاكَ, (تِيكَ, تَيَّكَ) *ista.*

In Duali.

Masc.	Cas. rectus	ذَانِكَ	ذَاتِّكَ	
	— obliquus	ذَيْنِكَ	ذَيْتِّكَ	
Fem.	— rectus	تَانِكَ	تَاتِّكَ	
	— obliquus	تَيْنِكَ	تَيْتِّكَ	

duo isti

duae istae

In Plurali.

Comm. أُولَئِكَ vel أُولَآئِكَ *isti, - istae.*

Nota.

Nota. Loco Suffixi كَ, constanter ubique retinendi, adduntur etiam, longe tamen rarius Suffixa, diversa ratione habita Generis et Numeri Personarum, quibuscum sermo instituitur, v. c. ذَاكَ ٱلكِتَابُ *iste liber*, si cum viro, ذَاكِ ٱلكِتَابُ *iste liber*, si cum femina, ذَاكَا ٱلكِتَابُ, si cum duobus vel duabus colloqueris.

III. Demonstrativum *remoti* ٱلبَعِيدِ.

In Singulari.

Masc. ذَلِكَ *ille* Fem. تِلْكَ *illa*.

In Duali congruit cum Demonstrativo *medii*.

140

In Plurali.

Comm. أُولَائِكَ *illi, illae*.

§. 20. DE RELATIVIS ET INTERROGATIVIS.

A. *Relativa* sunt I. ٱلَّذِي (הַלָּזֶה) *qui*, vel *is, qui*; componitur ex Articulo ٱلْ, Particula لَ (confirmandi?) et demonstrativo ذِي, atque excepto Duali est indeclinabile.

In Singulari.

Masc. ٱلَّذِي, (ٱللَّذِ, ٱللَّذِيْ, لَذِي) Fem. ٱلَّتِي (ٱللَّتِ, ٱللَّتْ).

In Duali.

Masc. { Cas. rectus ٱللَّذَانِ (ٱللَّذَا, ٱللَّذَانِّ)
— obliquus ٱللَّذَيْنِ (ٱللَّذَيْنِّ)

Fem.

Fem. { Cas. rectus اللَّتَانِ (اللَّتَا, اللَّتَانِّ)
— obliquus اللَّتَيْنِ (اللَّتَيْنِّ)

Pluralis.

Masc. اَلَّذِينَ (اَلَّذِي, اَللَّذُونَ, اَلَّالِي)

Fem. اَللَّاتِي (اَللَّاتِ, اَللَّوَاتِي, اَللَّوَاتِ, اَللَّوَا, اَللَّاءِ, اَللَّاي).

Nota. 1. Rariores formae exhibentur inclusae, quarum masculina pluralis اَلَّالِي nonnunquam pro feminina plurali, et feminina pluralis اَللَّاي pro masculina plurali adhibetur. Est quoque forma pluralis Generis communis اَللَّاءُ.

2. In usitatioribus relativi Casibus ل Articuli expungi, diximus §. III. 2. a. 1.

II. Relativum, per omnia Genera omnesque Casus et Numeros idem ac immutabile, est مَنْ (מִן, ܡܢ) *is qui, quicunque* de personis; et مَا (מָא, מָה, ܡܐ) *id quod, quodcunque* de rebus.

III. Relativi vim sustinet اَيٌّ *quicunque*, quod per Casus tunc quidem flectitur, per Numeros autem et Genera non variatur, rarius tantum pro feminino etiam اَيَّةٌ occurrit.

Nota. Relativi vices gerit et Articulus et praefixa و, qua de re cf. §. 70 III.

B. *Interrogativa* sunt:

I. Idem مَنْ de personis, et مَا de rebus, quod pariter est indeclinabile, si Nomen additur personae aut rei, de qua interrogatur; sin minus, مَنْ potest declinari in hunc modum:

Masculinum.

	Sing.		*Dual.*		*Plur.*
Nom.	مَنُو	Cas. rect.	مَنَانْ	rect.	مَنُونْ
Gen.	مَنِي	— obliq.	مَنَيْنْ	obliq.	مَنِينْ
Accus.	مَنَا				

Femininum.

Sing.		*Dual.*	*Plur.*
مَنَتْ	per omnes Casus	Cas. rect. مَنَتَانْ	مَنَاتْ
مَنَتْ		— obliq. مَنَتَيْنْ	per omnes Casus.
مَنَةْ			

مَا conjungitur etiam cum demonstr. ذَا, ut مَاذَا, Hebr. מִי־זֶה vel מַה־זֶּה.

II. Interrogativum est أَيٌّ masc., أَيَّةٌ fem. *quis? uter? qualis?* quod declinatur per omnes Numeros et Casus, atque tanquam Substantivum (significat enim *qualitas*) regit Genitivum sequentis vel *Substantivi*, ut أَيُّ كِتَابٍ *qualis liber?* مِنْ أَيِّ كِتَابٍ

ex

ex quo libro? vel *Suffixi*; excepto Suffixo singulari, ut أَيُّهُمَا *uter amborum?* أَيُّكُمْ *quis vestrum?* In أَيُّهَا et أَيَّتُهَا هَا non est Suffixum fem. sing., sed Particula excitandi هَا *ecce.*

III. Interrogativa immutabilia *quantitatis* sunt كَأَيِّنْ كَمْ, كَأَيِّنْ *quot?*

CAPUT II.

De Verbo.

I. De Origine Verborum.

§. 21. DE VERBI DIVISIONIBUS RATIONE ORIGINIS.

Verbum فِعْلٌ i. e. *actio* Originis ratione habita est

I. *Primitivum*, Arabice مُجَرَّدٌ *nudum* sive *simplex*, cujus literae (*radicales* أَصْلِيَّةٌ propterea dictae) omnes pertinent ad radicem, quae semper est tertia Persona singularis masculina Aoristi I. activi. Constat vero primitivum vel *tribus* literis, ut نَصَرَ *adjuvit*, vel *quatuor*, ut دَحْرَجَ *volvit*. De *biliteris* conf. *Jahn* Gr. Aram. Lat. Nota pag. 76 et 77. A primitivo autem et trium et quatuor literarum porro deducitur

II. *Auctum* مَزِيدٌ, (Verbum quasi *verbale*) additis nimirum literis *servilibus*, una vel pluribus,

quae comprehenduntur in voce technica سألتموني *petiistis a me illam.*

III. Denique Verbo *quatuor* literarum et primitivo et aucto adjungitur aliud Verbum quadriliterum *derivatum* sive *adoptivum* مُلحَق.

Nota. Verum nec *trilitera* Verba omnia sunt primitiva; multa enim sunt denominativa, nonnulla a Numeralibus porro aut Particulis onomatopoeticis deducta, imo a Forma VIII quoque nova iterum formantur Verba, sic a Verbi وَقَى *cavit* Forma VIII. اتَّقَى fit تَقِيَ *timuit*; a Verbi رَعَى *pavit* Forma VIII. ارتَعَى *pastum incessit* fit رَتَعَ, idem notans, et praeterea *spatiando se recreavit.*

§. 22. DE VERBO *TRILITERO* ET PRIMITIVO ET AUCTO.

Verbum *triliterum primitivum duodecim* admittit Verba *ducta* sive *derivata*, quae in universum significationi primitivi vim addunt aliquam v. c. *effectivam*, *declarativam*, *reciprocam*, *intensivam*, *desiderativam*, atque adpellari solent *Formae* sive *Conjugationes* Verbi triliteri; addita ergo primitiva Forma numero XIII. sunt Formae Verbi triliteri. Auctas vero duodecim Formas in *tres* dividunt classes, quarum *prima* complectitur auctas *una* litera servili, quae sunt: II. III. et IV. in ordine; *secunda* auctas *duabus* servilibus, quae sunt:

V.

V.—IX. in ordine; *tertia* auctas *tribus* servilibus, quae sunt reliquae: X.—XIII. En illarum tabellam:

I. Classis.				II. Classis.				
1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
قَبَلَ	قَبَّلَ	قَابَلَ	أَقْبَلَ	تَقَبَّلَ	تَقَابَلَ	انْقَبَلَ	اقْتَبَلَ	اقْبَلَّ
						ع	ع	ع

III. Classis.			
10.	11.	12.	13.
اسْتَقْبَلَ	اقْبَالَّ	اقْبَوْبَلَ	اقْبَوْلَ
ع	ع	ع	ع

I. *Primae* Formae significatio est ipsa originaria, eaque vel intransitiva, ut كَرُمَ *generosus fuit*, vel transitiva, ut ضَرَبَ *percussit*.

De *sex* hujus Formae Conjugationibus atque de varia illius significatione conf. §§. 26. II. et 27. II.

II. *Secunda* Forma et charactere et significatione congruit cum secunda Hebr. et Aram.; geminata enim secunda radicali significatio primae Formae a) intransitiva fit transitiva, ut حَزِنَ *tristis fuit*, حَزَّنَ *contristavit*; b) transitiva fit transitiva in alium, ut ضَرَبَ *percussit*, ضَرَّبَ *jussit, ut quis alium percuteret*; c) saepe actionis iteratio aut intensio quaedam exprimitur, ut قَتَّلَ *saepius occidit*; *plures una occidit*; d) non raro a Nomine quodam de-

derivat notionem, unde haec Forma recte dicitur denominativa, ut a ظِلٌّ *umbra* fit ظَلَّلَ *obumbravit, in umbra posuit*; denique e) primae Formae significatio manet immutata, ut حَرِقَ et حَرَّقَ *combussit.*

III. In *tertia* Forma post primam radicalem inserta Alef (instar י in tertia Hebraica) actio indicatur 1) *mutua* inter *duos*, quorum Agens in Nominativo, Patiens sive in quem transit actio, in Accusativo ponitur, sic a شَرِكَ *socius, consors fuit*, fit شَارَكَ *societatem cum altero inivit*, v. c. شَارَكَ بُطْرُسُ بُولُصَ *Petrus socium adscivit Paulum, ut Paulus quoque socium sibi fecerit Petrum.* 2) Interdum conatum notat ac studium antecedendi alium, ut خَدَعَ *decepit*, خَادَعَ *fallere studuit alterum*; شَرُفَ *nobilis fuit*, شَارَفَ *de nobilitate certavit cum alio.*

IV. In *quarta* primae radicali vacuae sive Vocali privatae praefigitur Hamza, mota per Fathha, (instar הִ in הִקְטִיל Hebraeorum, et אַ in אַקְטֵל Aramaeorum). Significatio, fere ut in secunda Forma, mutatur a) ex intransitiva in transitivam, ut عَظُمَ *magnus fuit*, أَعْظَمَ *magnum fecit, honoravit;* b) ex transitiva in transitivam in alium, ut نَصَرَ *adjuvit*, أَنْصَرَ *per alium adjuvit;* c) itera-

ti-

tio quoque actionis, aut quaedam intensio indicatur, ut ضَرَبَ *verberavit*, أَضْرَبَ *saepius*, vel *vehementer*, vel *plures una verberavit*; شَفَا *medicatus fuit*, أَشْفَى *egregie sanavit*; d) a Nomine etiam adsciscit notionem, ut أَغْيَمَ *nubilosus fuit*, a غَيْمٌ *nubes*; e) manet significatio, ut طَفَلَ et أَطْفَلَ *ortus est sol* vel *adpropinquavit occasui*; f) denique est, ut Forma II. Syriaca, privativa, sive defectum actionis indicat, ut شَفَا *sanavit*, أَشْفَى *amisit sanitatem, infirmus evasit*; a فَلْسٌ *obolus* fit أَفْلَسَ *amissis opibus pauper factus est.*

V. *Quinta* (ut הִתְקַטֵּל Hebraeorum, إِتْقَطَلَ אִתְקַטֵּל Aramaeorum) pariter *et* oritur ex Forma secunda, initio praefixa syllaba ا, *et* 1) plerumque notionem passivam vel reciprocam Formae secundae significat, ut عَلِمَ *scivit*, II عَلَّمَ *docuit*, V تَعَلَّمَ *edoctus fuit, se edoctum fecit* sive *didicit*. 2) Intendit quoque non raro primae Formae significationem, ut تَبِعَ *sequutus fuit*, V تَتَبَّعَ *persequutus fuit*; طَلَبَ *quaesivit*, تَطَلَّبَ *diligenter*, vel *diu* vel *saepius quaesivit*. 3) Rarius tantum notat adfectationem rei, ut تَنَبَّأَ *se prophetam dixit, munus propheticum sibi arrogavit*, تَمَلَّكَ *se regem gessit.*

VI.

VI. *Sexta* (ut הִתְקוֹטֵל Hebr.) ex tertia nascitur, initio adjecta syllaba ت, et 1) plerumque passivum ejusdem tertiae exprimit, ut عَالَي *evexit*, a I عَلَا *ascendit*, in VI تَعَالَي *exaltatus fuit*. 2) Praeterea mutuam saepe inter duos vel plures actionem significat, quo in casu construitur vel cum duplici Nominativo, vel cum Nominativo et Genitivo, pendente a Praepositione مَعَ *cum*, ut زَيْدٌ مَعَ عَمْرٍو*) vel زَيْدٌ وَعَمْرٌو*) تَصَارَعَ *colluctatus est Zaidus et Amran*, vel *Zaidus cum Amrano*, تَشَارَكَ الْقَوْمُ *consociati sunt homines*. 3) Denique non raro simulatam actionem indicat, ut تَمَارَضَ *aegrotum se simulavit*, a مَرِضَ (marodi) *aegrotus fuit*.

Nota. Saepe in Corano a) pro ت characteristica V. et VI. Formae ponitur ا, geminata simul prima radicali, ut a كَتَبَ *scripsit* fit V أَكَتَّبَ (pro تَكَتَّبَ), Aor. II. يَكَتَّبُ; b) eadem ت characteristica V et VI Formae in iis Aoristi II. Personis, quae pariter a ت incipiunt, abjicitur, ut تَكَسَّرُ pro تَتَكَسَّرُ.

VII.

---

*) In Nominativo عَمْرٌو et Genitivo عَمْرٍو additur و otiosum, haud dubie ut distinguatur ab عُمَرُ *Omar*, quae Nomina propria in manuscriptis, in quibus scilicet Vocales non adpinguntur, vix possent discerni.

VII. *Septima*, quae (instar נִקְטַל Hebraeorum) formatur, ن vacua praefixa cum Hamza prosthetica (§. 8), sensum habet passivum vel reciprocum, ut غَدَرَ *decepit*, اِنْغَدَرَ *deceptus est* vel *se decipi sivit.*

Nota. 1). Prima radicalis ن cum ن characteristica Formae VII. necessario per Schadda coalescit (§. 6. III. 1. c.), ut اِنَّصَرَ pro اِنْنَصَرَ *adjutus fuit* a نَصَرَ.

2) Interdum ob primam radicalem م mutatur ن characteristicum pariter in م, quo facto necessaria iterum contractio locum habet, ut اِمَّلَسَ pro اِنْمَلَسَ a مَلَسَ *mollis fuit.*

VIII. *Octava*, in qua inseritur ت post primam radicalem, Vocali privatam, cui, utpote vacuae initio dictionis, praeterea praefigitur Hamza prostheticum (§. 8), pariter sensu gaudet passivo vel reciproco, ut اِجْتَمَعَ *collectus fuit* vel *se congregavit* a جَمَعَ *congregavit.*

Nota. 1) Prima radicalis ت cum ت Formae VIII necessario per Schadda coalescit, (§. 6. III. 1. c.).

2) Ob primam radicalem emphaticam: ص, ض, ط, ظ litera ت Formae VIII. euphoniae gratia similiter transit in emphaticam ط, quae ط porro per Schadda coalescit cum prima radicali ط necessario, ut اِطَّرَدَ *profligatus est* a طَرَدَ *propulit*; cum prima radicali simili ض

vel

vel ط ad libitum, ut اضطرب vel اضرب a ضرب *verberavit*; اظطلم vel اظلم a ظلم *injustus fuit*; cum prima denique radicali ص non coalescit ط, nisi mutetur, ut licet, in eandem ص, unde legitur et اصطلح a صلح *aptus, probus fuit*, et اصبر a صبر *patiens fuit*.

3) Ob primam radicalem: د, ذ et ز litera ت Formae VIII semper mutatur in د, quae praeterea cum eadem د *debet*, cum simili ذ vel ز *potest* per Schadda coalescere, ut ادفع a دفع *propulsavit*; اذدكر vel اذكر (etiam ادكر) a ذكر *meminit*; ازدلق vel ازلق a زلق *movit*.

4) Prima radicalis ث vel ipsa mutatur in ت, vel mutat literam ت Formae VIII in ث, et in utroque casu necessario contrahitur, ut اتبت, vel اثبت a ثبت *constitit*.

5) Interdum denique ت Formae VIII transit in eandem cum prima radicali س et ش, ut اسمع vel استمع a سمع *audivit*, اشبه vel اشتبه a شبه *similis fuit*.

IX. *Nona*, in qua, praefixa primae radicali Vocali destitutae Hamza prosthetica, ultima geminatur radicalis, propria est tum *colorum*, ut احمر *ruber fuit*, tum *defectuum* corporis, ut اعور *luscus fuit*.

Nota. Geminata in Forma IX et XI tertia radicalis necessario per Schadda concentratur, si utraque habet Vocalem, ut اصفر pro اصفرر *flavus fuit*; non item, si po-

posterior vacua Dschezmate notatur, ut اِصْفَرَرْتُ, يَصْفَارِرْ (Aor. II. Formae XI.). Utraque Forma flectitur ergo ut Verbum geminatum, §§. 40. 41.

X. *Decima*, in qua primae radicali, Vocali privatae, praeponitur اِسْتَ, significat a) plerumque petitionem et desiderium actionis, quam prima Forma exprimit, ut a غَفَرَ *condonavit* fit اِسْتَغْفَرَ *peccati veniam desideravit* vel *petiit;* b) saepius indicat *putare* id, quod prima Forma significat, ut a كَرُهَ *detestabilis fuit* اِسْتَكْرَهَ *detestabilem censuit*, a وَجَبَ *necesse fuit* اِسْتَوْجَبَ *necesse esse putavit*; c) nonnunquam notat summum actionis complementum, ut اِسْتَفْرَغَ *ad ultimam guttam usque evacuavit a* فَرِغَ *effusa fuit aqua.*

Tres reliquae Formae rarissime tantum occurrunt, atque in universum maxime intendunt significationem, quare tanquam *Superlativa* Verborum considerantur. In specie autem

XI. *Undecima*, quae formatur a nona, inserta praeterea post secundam radicalem Alef quiescenti, magnopere intendit notionem ejusdem nonae, ut اِصْفَارَّ *flavissimo colore fuit*, a IX. اِصْفَرَّ *flavus fuit* (Saphran); اِعْوَاجَّ *valde curvus et distortus fuit*, a IX. اِعْوَجَّ *curvus fuit.*

XII.

XII. *Duodecima* oritur, inserta و inter mediam radicalem geminandam, et praefixa Hamza primae radicali destitutae Vocali; *decima tertia* autem inserta litera و geminata post secundam radicalem, et pariter praeposita Hamza primae radicali, sua privatae Vocali; utraque vero haec Forma intendit vim Verbi cujuscunque, qualitatem inhaerentem vel diuturnam significantis, ut اخشوشن *summopere asper fuit*, XII. a خشن *asper fuit*; احدودب *dorso admodum gibboso fuit*, XII. a حدب *gibboso fuit dorso*; et similiter Forma XIII. اعلوط *fortiter vel tenaciter adhaesit, inprimis negotio*, a I. علط *petivit* sagitta v. c. aliquem.

Nota. 1) In universum observandum est, auctis ejusmodi Formis, II. praesertim IV. et VIII., si transitivam primae Formae notionem retineant, summum tamen illius actionis gradum et quasi complementum, ita nimirum suadente serie contexta, haud raro exprimi, v. c. Abdullatif. L. I. C. I. §. 3. حينئذ تفتح الترع *tum ubique omnia aperiuntur ostia* (Nili) —, *ubique et omnia* exprimit Forma II. loco I. تفتح.

2) Longe alias, et a primitiva prorsus diversas, significationes haud raro indicant Formae auctae, praecipue V. VIII. et X., ut عقد *nodavit*, in VIII. اعتقد *credidit firmi-*

miter (se nodans quasi cum re aliqua), جَابَ *secuit*, X. اسْتَجَابَ *responsum dedit*, *exaudivit preces*. Hanc rem usus et Lexica multis confirmant exemplis.

3) Denique nullum omnino est Verbum, de quo uno omnes illae Formae auctae usu sint receptae.

§. 23. DE VERBO *QUADRILITERO* ET PRIMITIVO ET ADOPTIVO CUM AUCTO UTRIUSQUE.

Longe plura in Arabica, quam in cognatis dialectis, occurrunt Verba *quatuor literarum*, quae sunt vel *primitiva* vel horum *adoptiva*, i. e. *derivata* vel potissimum a radice trium literarum aut geminata una radicalium, aut addita aliqua litera ad radicales, vel, rarissime tamen, a pluribus vocabulis Arabicis, ut بَسْمَلَ *pronunciavit formulam*: بِسْمِ ٱللّٰهِ آلخ *In nomine Dei* cet.

I. *Primitiva* tres auctas habent Formas, quarum ergo, adnumerata Forma quoque primitiva, *quatuor* sunt sequentes:

I. قَبْلَلَ II. تَقَبْلَلَ III. اِقْبَلَلَّ IV. اِقْبَنْلَلَ

1) *Secunda*, in qua praeponitur تَ, sensum habet et passivum, et praecipue reciprocum, et intensivum quoque, ut دَحْرَجَ *revolvit*, تَدَحْرَجَ *revolutus fuit* vel *se revolvit*; sed a رَهْوَكَ fit II. intensiva تَرَهْوَكَ *vehementer agitato huc illuc corpore incessit*.

2) *Tertia*, quae geminat ultimam, praefixa simul Hamza prosthetica primae radicali, Vocali privatae, eandem notionem exprimit ut

3) *Quarta*, in qua, ن servili inserta inter secundam et tertiam radicalem, pariter praeponitur primae radicali, destitutae Vocali, Hamza prosthetica; utraque autem Forma, Superlativus quasi primae formae, hujus significationem ad summum usque gradum intendit, ut a قَشْعَرَ *obhorruit cutis* fit III. اِقْشَعَرَّ *summo horrore correpta fuit cutis*; a حَرَجَ *congregati presserunt invicem* fit IV. اِحْرَنْجَمَ *tanta hominum copia fuit congregata, ut alter valde premeret alterum.*

II. Quadrilitero *primitivo* porro adjungitur in I. III. et IV. Forma Verbum quadriliterum *adoptivum* sive *adjunctum* مُلْحَق, i. e. *derivatum.*

1) *Prima* quadriliteri primitivi Forma plures numerat species *adoptivorum*, quorum praecipue sunt, a) quae geminant unam radicalium Verbi triliteri alicujus, ut زَلْزَلَ *commovit* a زَلَّ *coespitavit*; b) quae trilitero alicui praeponunt تَ, ut تَلْمَذَ *discipulus fuit*, ab Hebr. לָמַד *didicit*; porro quae inserunt literam vel c) اَ post primam radicalem triliteri, ut طَأْمَنَ *dorsum reclinavit* a طَمَنَ;

vel

vel d) و post primam, ut حَوْقَلَ *valde senuit* a حَقَلَ; vel e) ي post primam, ut بَيْطَرَ *artem veterinariam exercuit* a بَطَرَ; vel f) ن post primam, ut جَنْدَلَ *humi stravit* a جَدَلَ; vel g) و post mediam, ut دَهْوَرَ *collegit projecitque deorsum* a دَهَرَ; vel h) ن post tertiam, ut بَرْهَنَ *firmas adtulit rationes* a بَرَهَ *secuit*, cet.; conf. *Jahn* Arab. Sprachlehre, §. 54. Omnia jam haec adoptiva, praeposita ت servili, possunt in *secundam* quadriliteri primitivi Formam transire sensu pariter vel passivo vel reciproco vel intensivo, ut تَزَلْزَلَ *summopere commotus fuit* vel *se commovit*, cet.

2) *Tertia* quadriliteri primitivi Forma unica ratione admittit *adoptivum*, si nempe triliterо cuidam initio praefigitur Hamza, et ultima ejus radicalis geminatur, sed praeterea pro penultima litera Verbi quadriliteri substituitur اْ, ut a صَمَلَ fit اِصْمَالَّ *admodum dura et atrox fuit res.*

3) *Quarta* denique quadriliteri primitivi Forma duplici ratione acquirit *adoptivum*; etenim in supplementum quartae radicalis vel geminatur tertia Verbi cujusdam triliteri radicalis, ut اِقْعَنْسَسَ *gibbum pectoris admodum protuberantem habuit* a قَعَسَ *protuberavit pectus*; vel in fine additur ي

ser-

servile, ut اسلنقي *resupinatus fuit* a سلق *stravit aliquem.*

II. De Flexione Verbi.

§. 24. DE VERBI FLEXIONE IN UNIVERSUM.

Flexio Verborum omnium, et trium et quatuor literarum tum primitivorum tum auctorum, in activa et passiva Voce eadem semper ac communis, fit per *Tempora*, *Modos*, *Personas*, *Numeros* atque *Genera*.

I. *Tempora duo* sunt tantum: *Praeteritum* الماضي et *Futurum* المضارع i. e. *simile* scilicet Nomini, instar cujus terminationem ac Casum quasi habet et Nominativi per Ddamma in Indicativo, et Accusativi per Fathha in Conjunctivo; conf. infra II. et §. 28. III., §. 29. II. et *Rosenm.* Instit. pag. 65. Nota. Utrumque tamen Tempus, proprie αοριςον, pro varia serie contexta reliqua omnia Tempora solet designare, quare prius *Aoristum I.* et posterius *Aoristum II.* nominabimus; conf. *Jahn* Gramm. hebr. 3. edit. p. 197. seqq. De usu hujus Temporis utriusque cf. §§. 74. 75.

Ceterum diversa Tempora periphrastico exprimuntur modo: *Praesens* per Participium, Pronomine personali vel addito vel abjecto; reliqua

ope

ope Verbi Substantivi كَانَ, nimirum *Imperfectum* per Aoristum I. illius conjunctum cum Aoristo II. alterius Verbi, ut كَانَ يَنْصُرُ *adjuvabat*; *Plusquamperfectum* per Aoristum I. et illius et alterius Verbi, ut كَانَ نَصَرَ *adjuverat*; *Futurum* per Particulam سَوْفَ *futurum est* vel per سَوْ, سَيْ et سَ, literas scilicet ejus initiales, praefixas Aoristo II alterius Verbi, ut سَوْفَ يَنْصُرُ vel سَيَنْصُرُ *adjuvabit*; *Futurum exactum* per Aoristum II Verbi كَانَ conjunctum cum Aoristo I alterius Verbi, ut يَكُونُ نَصَرَ *adjuverit*.

Nota. Inserimus hoc loco paradigma irregularis Verbi auxiliaris كَانَ, cujus nempe usus copiosior est. 154

Aoristus I.

Pers.	*Singularis.*		*Dualis.*		*Pluralis.*	
	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	كَانَ	كَانَتْ	كَانَا	كَانَتَا	كَانُوا	كُنَّ
2.	كُنْتَ	كُنْتِ	كُنْتُمَا	comm.	كُنْتُمْ	كُنْتُنَّ
1.	كُنْتُ	comm.	———		كُنَّا	comm.

Aoristus II.

3.	يَكُونُ	تَكُونُ	يَكُونَانِ	تَكُونَانِ	يَكُونُونَ	يَكُنَّ
2.	تَكُونُ	تَكُونِينَ	تَكُونَانِ	comm.	تَكُونُونَ	تَكُنَّ
1.	أَكُونُ	comm.	———		نَكُونُ	comm.

Imperativus.

2. كُنْ كُونِي كُونَا comm. كُونُوا كُنَّ

Infinitivus. كَوْنٌ Participium. كَائِنٌ

II. *Modi* sunt *quatuor:* a) *Indicativus*, Arabice اَلْفِعْلُ اَلْمَرْفُوعُ *Verbum rafatum* sive in *Nominativo*; exprimitur enim per Aoristum II, mota ultima radicali per Ddamma, ut يَقْبَلُ, vel in nonnullis Personis addita litera ن, ut يَقْبَلُونَ, quod utrumque signum est Nominativi. b) *Conjunctivus*, اَلْفِعْلُ اَلْمَنْصُوبُ *Verbum nassbatum* sive in *Accusativo*; exprimitur enim per eundem Aoristum II, sed vel mota ultima radicali per Fathha, ut لِيَقْبَلَ, vel litera ن Indicativi abjecta, ut لِيَقْبَلُو, quod utrumque Accusativi est signum. c) *Imperativus* sive نَوْعُ اَلْأَمْرِ *Modus imperii*, qui usurpatur in solo mandato positivo, in hortatione, et precatione, nam d) *Prohibitivus* sive نَوْعُ اَلنَّهْيِ *Modus prohibendi* adhibetur in praecepto negativo, in dehortatione et deprecatione.

Ad Modos Nostri referunt *Infinitivum* et *Participium*, quae Nominibus accensent Arabes, Substantivis videlicet Infinitivum, et Adjectivis Participium.

III.

III. *Personae* sunt *tres*: *tertia*, quae in paradigmate primum occupat locum, quia in Singulari masculino Aoristi primi ipsam radicem exhibet, dicitur ضَمِيرُ ٱلْغَائِبِ *Persona absentis*; *secunda* ضَمِيرُ ٱلْمُخَاطَبِ *Persona*, *quacum fit alloquutio*; *prima* ضَمِيرُ ٱلْمُخَاطِبِ أَوْ ٱلْمُتَكَلِّمِ *Persona alloquentis*.

IV. *Numeri* quoque *tres* sunt: *Singularis* ٱلْمُفْرَدُ, *Dualis* ٱلْمُثَنَّى, *Pluralis* ٱلْجَمْعُ; prima vero Persona caret Duali.

V. *Genus* denique *triplex* subeunt Personae: *Masculinum* ٱلْمُذَكَّرُ, *Femininum* ٱلْمُؤَنَّثُ et *Commune* ٱلْمُسْتَوِي. Communis Generis est prima Persona singularis et pluralis, et secunda dualis; reliquae Personae agnoscunt et masculinum et femininum Genus.

§. 25. DE VERBI DIVISIONE RATIONE HABITA FLEXIONIS.

Omnia quidem Verba in flexione constantem sequuntur analogiam, quae tamen variis obnoxia est mutationibus in Verbis quibusdam, quae propterea, a *regularibus* quippe deflectentia, dicuntur *irregularia*. Verbum itaque *regulare*

sive سَالِمٌ *perfectum, integrum*, dicitur, quod tres literas suas radicales in flexione semper habet praesentes et mobiles, et cujus radicalium nulla est اوي; cui obponitur *irregulare* sive غَيْرُ سَالِمٍ *imperfectum, non integrum*, in cujus radicalibus literis aliquis est defectus: vel enim secundam et tertiam radicalem eandem habet tanquam Verbum *geminatum*, ut مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*; vel una radicalium est Hamza in Verbo *hamzato*, ut أَخَذَ *accepit*, سَأَلَ *interrogavit*, مَلَأَ *implevit*; utrumque hoc Verbum imperfectum tamen adhuc est *sanum* صَحِيحٌ, non enim habet unam ex literis اوي, quae vocantur حُرُوفُ ٱلْعِلَّةِ *literae causationis* sive *infirmitatis*, quare Verbum quoque imperfectum, cujus una vel plures sunt ex literis infirmis اوي, quae vel invicem permutari vel ad quietem redigi vel plane abjici solent, in specie nominatur مُعْتَلٌّ *causarium* sive *infirmum*. Conf. §. 39. Sequitur ergo doctrina de flexione Verbi et *regularis* et *irregularis*.

Nota. Arabes quoque a prisco paradigmate فَعَلَ primam omnium Verborum radicalem adpellare solent ف, secundam ع et tertiam ل; Verba itaque v. c. فو, عع, لي sunt Verba *primae* radicalis و, *secundae* geminatae sive ejusdem cum tertia, *tertiae* ي.

A.

A. De Regularis Verbi Flexione.

§. 26. PARADIGMA VERBI TRILITERI ACTIVI IN FORMA I.

Praemissum paradigma flexionis triliteri activi in primitiva Forma seqq. §§. 26 — 30. per singula Tempora et Modos illustrabitur.

Aor. I.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	قَبَلَ	قَبَلَتْ	قَبَلَا	قَبَلَتَا	قَبَلُوا	قَبَلْنَ
2.	قَبَلْتَ	قَبَلْتِ	قَبَلْتُمَا comm.		قَبَلْتُمْ	قَبَلْتُنَّ
1.	قَبَلْتُ comm.		———		قَبَلْنَا comm.	

Aor. II.

3.	يَقْبَلُ	تَقْبَلُ	يَقْبَلَانِ	تَقْبَلَانِ	يَقْبَلُونَ	يَقْبَلْنَ
2.	تَقْبَلُ	تَقْبَلِينَ	تَقْبَلَانِ comm.		تَقْبَلُونَ	تَقْبَلْنَ
1.	أَقْبَلُ comm.		———		نَقْبَلُ comm.	

Imperativus.

2.	اُقْبَلْ	اُقْبَلِي	اُقْبَلَا comm.		اُقْبَلُوا	اُقْبَلْنَ
3.	لِيَقْبَلْ	لِتَقْبَلْ	لِيَقْبَلَا	لِتَقْبَلَا	لِيَقْبَلُوا	لِيَقْبَلْنَ
1.	———		———		لِنَقْبَلْ comm	

Par-

Participium.

قَابِلٌ قَابِلَةٌ قَابِلَانِ قَابِلَتَانِ قَابِلُونَ قَابِلَاتٌ

Infinitivus قَبْلٌ

§. 27. DE AORISTO I. ACTIVO FORMAE I.

158

I. Flexio Aoristi I oritur simili ratione, ut in dialectis cognatis, conf. *Jahn* Gramm. Aram. Lat. Praef. Germ. p. XXII seqq.; ipsi videlicet radici suffiguntur decurtatae formae Pronominis personalis modo prorsus speciali ac inseparabili, quo differunt a Suffixis Verborum aut Nominum, quae et formam habent diversam, et separari possunt. Prius inseparabile Pronomen dicitur Pronomen *agens*, posterius separabile autem *patiens*.

Nota. In 3. sing. fem. قَبَلَتْ additur ت femininum; in 3. plur. masc. قَبَلُوا adest وا ـُ ex terminatione pluralis masculini sani ـُونَ, conf. §. 61. B. II.; in eadem fem. قَبَلْنَ ن est ex Pronomine هُنَّ. In tota secunda Persona singulari et plurali utriusque Generis origo flexionis ex Pronominibus أَنْتَ, أَنْتِ, أَنْتُمْ, أَنْتُنَّ facile intelligitur, pariter ut in prima plurali ex نَحْنُ; in prima vero singulari قَبَلْتُ vel latet forma Pronominis obsoleti ad normam secundae Personae أَنْتَ, vel per errorem ت transivit ex secunda Persona in primam.

II.

II. Prima et tertia radicalis constanter per Fathha notatur, secunda vero praeter Fathha movetur et Kasra et Ddamma; quaelibet illarum Vocalium in tota dein flexione servatur, ut قَتَلَ *occidit*, ذَهَبَ *ivit*, كَرُمَ *generosus fuit*. Nonnulla Verba in secunda radicali duas, aut omnes tres Vocales simul admittunt, vel immutata significatione, vel, quod saepius obtinet, mutata illa pro diversitate mediae Vocalis, ut نَضَرَ, نَضِرَ, نَضُرَ *nitore fulsit*; عَرَ *coluit*, عَرِ *diu vixit*, عَرُ *cultus, habitatus fuit*.

Nota. a) Tertia radicalis ن *vacua* cum ن adformante primae Personae pluralis et tertiae pluralis femininae necessario per Schadda coalescit, ut آمَنَّا pro آمَنْنَا *credidimus*, آمَنَّ pro آمَنْنَ *illae crediderunt*. Simili modo b) coalescit in nonnullis Personis tertia radicalis ت *vacua* cum ت adformante Pronominis agentis, ut ثَبَّتَ pro ثَبَتْتَ *constitisti*; conf. §. 6. III. 1. c. *α*. Denique c) Schadda euphonicum Deltale in Pronomine agente ت locum habet proxime praecedente *vacua* litera simili: ث, د, ذ, ص, ض, ط, ظ, conf. §. 6. III. 2. b.

§. 28. DE AORISTO II. ACTIVO FORMAE I.

I. Pronomen agens inseparabile, quod in Aoristo I. Verbo suffigitur (§. 26. I.), in Aoristo II praeponitur, expressum per aliquam quatuor lite-

terarum, comprehensarum in voce technica أَنْيَتُ (*ad extremum perfectionis gradum perveni*), quae literae praeformativae, pariter formae obtruncatae Pronominum personalium, constanter per Fathha notantur, unde prima radicalis caret Vocali.

أ ex أَنَا *ego* praeponitur primae Personae singulari, نَ ex نَحْنُ *nos* primae plurali, تَ ex أَنْتَ *tu* toti Personae secundae; in singulari vero et duali feminina tertia ت praefixum satis explicari nequit, fortasse male translatum est ex secunda Persona; يَ denique in tertia masculina et singulari et duali atque in 3. plurali masculina et feminina est vel ex Pronomine هُوَ, mutata tamen و in ي, quum, Hebraei saltem ac Aramaei (conf. *Jahn* Gramm. Aram. Lat. §. 55. p. 132), و initio vocis non amarent, atque in ي mutarent, (conf. *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. §. 81. 2. pag. 274.) vel ex هِيَ Pronomine nunc feminini, olim forsan communis Generis.

II. Media radicalis pariter ut in Aoristo I. (§. 26. II.) quamlibet trium Vocalium recipit, et semel receptam in tota flexione servat. Jam ex hac diversa Vocali, quam secunda radicalis in Aoristo I. et II. habere potest, *sex* oriuntur quasi *Conjugationes* aut *Species* صُوَرٌ Verborum primae Formae, quae comprehenduntur hoc disticho:

فتح،

فَتْحٌ كَسْرٍ * فَتْحٌ ضَمٍّ * فَتْحَتَانِ

كَسْرٌ فَتْحٍ * كَسْرٌ كَسْرٍ * ضَمَّتَانِ

Notatur ergo secunda radicalis Verborum a) *primae* Conjugationis per Fathha in Aoristo I. et per Kasra in Aoristo II., ut ضَرَبَ يَضْرِبُ *percussit*; b) *secundae* Conjugationis per Fathha in Aor. I. et per Ddamma in Aor. II., ut نَصَرَ يَنْصُرُ *adjuvit*; c) *tertiae* Conjug. per Fathha in utroque Aoristo, cujus omnia fere sunt Verba, quorum secunda vel tertia radicalis est aliqua gutturalium: ء, ع, غ, ح, خ, ه, ut فَتَحَ, يَفْتَحُ *aperuit*; d) *quartae* Conjug. per Kasra in Aor. I. et per Fathha in Aor. II., ut عَلِمَ يَعْلَمُ *scivit*; e) *quintae* Conjugationis per Kasra in utroque Aoristo, ut حَسِبَ يَحْسِبُ *computavit*; f) *sextae* denique Conjug. per Ddamma in utroque Aoristo, ut كَرُمَ يَكْرُمُ *generosus fuit.*

Ceterum Verba *trium* priorum Conjugationum, quorum omnium secunda radicalis in Aor. I. per Fathha movetur, significationem habent vel transitivam vel intransitivam; Verba *quartae* et *quintae* Conjug. plerumque sensu intransitivo sive neutro exprimunt statum, in quo quis per accidens versatur; Verba denique *sextae* Conjug. sensu pariter intransitivo sive neutro plerumque tamen indicant qualitatem natura inhaerentem et constantem.

Nota. α) Singula Verba cujus sint Conjugationis, Lexica docent, quae diversam Vocalem in media radicali Aoristi II. innuunt hac nota: *Fut. A.*, *Fut. I.*, *Fut. O.*

β) Similis Vocalium variatio, modo tamen minus exculto et constanti, obtinet in secunda radicali Verborum Hebraicorum et Aramaicorum, conf. *Jahn* Gramm. et Hebr. 3 edit. §. 46. pag 137.,

137.; et Aram. Lat. §. 35. pag. 81 et 82.; praecipue *Gesenius* et in Lexico Hebraeo-Germ. Tom. I. Praef. XVI—XVIII. et in Gramm. praestantissima: Lehrgebäude u. s. w. §. 66. 3. S. 231.

III. Terminatio denique paradigmatis in Ddamma aut ن est communis, quare iste Aoristus ob Ddamma, Nominativi signum, Arabibus vocatur رفع *Nominativus*, vel الفعل المرفوع (conf. §. 24. II. a), atque significat *Indicativum*. Varios autem Modos designant Arabes specialibus ultimae hujus syllabae mutationibus.

§. 29. DE PECULIARIBUS AORISTI II. MUTATIONIBUS.

Consueta Indicativi terminatio mutatur vel *Apocope* vel *Antithesi* vel *Paragoge*.

I. *Apocope* tertiam radicalem privat Vocali Ddamma per Dschezm, (quare iste Modus dicitur جزم sive مجزوم i. e. signo illo notatus); Nun vero finale, Personis femininis Numeri pluralis exceptis, plane auffert, unde haec est forma illius:

Aoristus II. apocopatus.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يقبل	تقبل	يقبلا	تقبلا	يقبلوا	يقبلن
2.	تقبل	تقبلي	تقبلا comm.		تقبلوا	تقبلن
1.	اقبل comm.		—		نقبل comm.	

No-

Nota. Quia haec forma, quae inprimis construitur cum Particula apocopandi لَمْ, in conditionalibus praeterea sententiis adhibetur sive Modum conditionalem exprimit, optime ab Ill. *de Sacy* dicitur *l'Aoriste conditionnel*; qua de rêin Syntaxi dicemus.

II. Per *Antithesin* Ddamma tertiae radicalis transit in Fathha, signum Accusativi (quare ipse Modus dicitur نَصْب *Accusativus* vel مَنْصُوب i. e. signo Accusativi notatus), Nun autem finale cadit, Personis femininis Numeri pluralis demptis; forma ergo illius est:

Aoristus II. antitheticus.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يَقْبَلُ	تَقْبَلُ	يَقْبَلَا	تَقْبَلَا	يَقْبَلُوا	يَقْبَلْنَ
2.	تَقْبَلُ	تَقْبَلِي	تَقْبَلَا	comm.	تَقْبَلُوا	تَقْبَلْنَ
1.	أَقْبَلُ	comm.	———		نَقْبَلُ	comm.

Nota. Modum *antitheticum* illum adpellavit *Schultensius* ob formam externam, obponitur enim quasi *Indicativo* mutata finali Ddamma in Fathha; rectius illum vocat Ill. de *Sacy l'Aoriste subjonctif*, nam vices gerit nostri *Subjunctivi*, poniturque post Particulas, *ut* significantes: أَنْ, أَوْ, لِ cet., de quibus in Syntaxi agemus.

III. *Paragoge* denique in fine Aoristi II. Indicativi addit Nun, quod dicitur نُونُ ٱلتَّوْكِيدِ *Nun confirmationis*, atque duplici modo accedit; vel enim accrescit Nun geminatum, per Schadda notatum

tum, Nun *grave* dictum, vel Nun simplex carens Vocali, ideoque Dschezmate notatum, quod Nun *leve* audit.

a) Nun grave omnibus omnino Personis additur, atque per Fathha movetur, exceptis Dualibus utriusque Generis et Plurali feminino, quorum ن paragogicum Kasram habet; praeterea Nun *grave* 1) Ddamma finale mutat in Fathha; 2) Nun finale nonnullarum Personarum tollit, excepta scilicet Persona pluralium feminina, ubi inter Nun finale Personae et Nun paragogicum ا interseritur, ne tria Nun concurrant; 3) denique praeter Nun tollit et ي in secunda Persona singulari feminina, remanente tamen Kasra illius, et و in tertia et secunda plurali masculina, servata quoque Ddamma illius; quae omnia sequenti paradigmate illustrantur.

Aoristus II. paragogicus cum Nun *gravi*.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يَقْبَلَنْ	تَقْبَلَنْ	يَقْبَلَانِّ	تَقْبَلَانِّ	يَقْبَلْنَ	يَقْبَلْنَانِّ
2.	تَقْبَلَنْ	تَقْبَلِنْ	تَقْبَلَانِّ	comm.	تَقْبَلْنَ	تَقْبَلْنَانِّ
1.	اَقْبَلَنْ	comm.	———		نَقْبَلَنْ	comm.

b)

b) Nun leve autem nunquam accedit in Duali utriusque Generis et in Plurali feminino, unde paradigma illius est:

Aoristus II. paragogicus cum Nun *levi*.

	Singularis.		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يَقْبِلَنْ	تَقْبِلَنْ	يَقْبِلُنْ	—
2.	تَقْبِلَنْ	تَقْبِلِنْ	تَقْبِلُنْ	—
1.	أَقْبِلَنْ comm.		نَقْبِلَنْ comm.	

Nota. Hunc quoque Modum *Schultensius* ex forma illius externa adpellavit *paragogicum*, a παραγωγη sive augmento per additam Nun; Ill. vero de *Sacy* ex virtute illius nominat eum *l'Aoriste energique*, confirmat enim seu emphatice indicat actionem absolute futuram vel non futuram, in petitionibus praecipue, mandatis, interrogationibus, adsertis et juramentis, qua de re in Syntaxi recurret sermo.

§. 30. DE IMPERATIVO ACTIVO FORMAE I.

I. *Imperativus* est ipse Aoristus II. apocopatus (§. 28. I.), abjectis praeterea literis praeformativis; quo facto ne vox a litera *vacua* incipiat, Hamza prosthetica praefigitur (§. 8.), quae est Hamza unionis (§. 8. I. c.), mota ergo plerumque per Kasra, nisi secunda radicalis habeat Ddamma, in cujus gratiam Hamza unionis etiam Ddamma adsciscit (§. 8. II. p.); secunda autem radicalis sem-

semper servat Vocalem Aoristi II., ut اِعْلَمْ *scito*, اِضْرِبْ *verbera*, اُنْصُرْ *adjuva*.

II. Hanc peculiarem formam Imperativus in sola *secunda* Persona subit; *tertia* enim integra, et *prima* pluralis exprimitur per Aoristum II. apocopatum, praefixa Particula لِ, cui eleganter saepius praeponitur Particula فَ, quacum لِ, sua privata Vocali, in unam coalescit syllabam فَلْ.

III. Imperativus ad praeceptum *vetans* notandum singulari gaudet Modo (§. 23, 2. d.), qui dicitur *prohibitivus*; est autem pariter Aoristus II. apocopatus, cui praemittitur Particula negandi لَا *ne* in hunc modum:

Modus prohibitivus.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
2.	لَا تَقْبَلْ	لَا تَقْبَلِي	لَا تَقْبَلَا	comm.	لَا تَقْبَلُوا	لَا تَقْبَلْنَ
3.	لَا يَقْبَلْ	لَا تَقْبَلْ	لَا يَقْبَلَا	لَا تَقْبَلَا	لَا يَقْبَلُوا	لَا يَقْبَلْنَ
1.	———		———		لَا نَقْبَلْ	comm.

IV. Denique uterque Imperativi Modus instar Aoristi II., a quo derivatur, utrumque recipit Nun paragogicum et grave et leve, iisdem servatis conditionibus, in hunc modum:

Im-

Imperativus paragogicus cum Nun gravi.

	Singularis.		*Dualis.*	*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Comm.	Masc.	Fem.
2.	اقبلنّ	اقبلنّ	اقبلانّ	اقبلنّ	اقبلنانّ

Imperativus paragogicus cum Nun levi.

2.	اقبلنْ	اقبلنْ	———	اقبلنْ	———

Eadem ratione flectitur Prohibitivus cum utroque Nun paragogico.

§. 31. DE INFINITIVO ACTIVO FORMAE I.

I. *Infinitivum* Arabes, (exceptis Grammaticis Bassorensibus, qui Infinitivum arbitrati fontem, e quo reliqua Tempora deriventur, nominarunt المصدر *scaturiginem* sive *locum derivationis)*, recte adpellant اسم الفعل *Nomen actionis*; est enim Substantivum, primitivam radicis notionem indicans generaliter, in abstracto, sine restrictione ad Subjectum aliquod, et admittit Declinationem, Genus diversum, Numeros ac Statum Regiminis. 171

II. In prima Forma ultra *triginta* subit formas, et simplices et auctas una vel duabus literis servilibus, quae tamen omnes de eodem Verbo 172

nun-

nunquam occurrunt, receptae autem in Lexicis notatae reperiuntur.

En tabulam Infinitivorum, quos Grammatici numero XXXIII recensent:

1 قَبْلٌ 7 قُبَالٌ 13 قُبَلَةٌ 19 قِبْلِيٌ 24 قُبُولٌ 29 قُبُولَةٌ
2 قُبْلٌ 8 قُبَالٌ 14 قُبَالَةٌ 20 قُبْلَانٌ 25 قَبِيلٌ 30 مَقْبَلٌ
3 قِبْلٌ 9 قِبَالٌ 15 قُبَالَةٌ 21 قُبْلَانٌ 26 قَبْلٌ 31 مَقْبَلَةٌ
4 قَبْلٌ 10 قَبَلَةٌ 16 قِبَالَةٌ 22 قِبْلَانٌ 27 قَبَلَةٌ 32 مَقْبِلٌ
5 قُبْلٌ 11 قُبَلَةٌ 17 قَبَلِيٌ 23 قَبْلَانٌ 28 قُبُولٌ 33 مَقْبِلَةٌ
6 قِبْلٌ 12 قِبَلَةٌ 18 قُبَلِيٌ

III. Harum omnium Formarum usitatissimae, ac prae reliquis memoriae mandandae sunt:

1. قَبْلٌ (1), communis *transitivorum* Verborum Infinitivus, omnium frequentissime occurrit. De *intransitivis* vero usurpatur vel
2. قَبْلٌ (4), si media radicalis Aoristi I. Kasra notatur; ut فَرِحَ *gavisus est*, Inf. فَرَحٌ *gaudere*; vel
3. قُبَالَةٌ (14), قُبُولَةٌ (29), si media radicalis Ddamma habet; sic a جَزُلَ *abundavit* fit جَزَالَةٌ *abundare*, a سَهُلَ *fácilis fuit* سُهُولَةٌ; vel denique
4. قُبُولٌ (28), si Vocalis media est Fathha, ut قَعَدَ et جَلَسَ *sedit*, Inf. قُعُودٌ et جُلُوسٌ

§. 32. PARADIGMA VERBI TRILITERI PASSIVI IN FORMA I.

Aoristus I.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	قُبِلَ	قُبِلَتْ	قُبِلَا	قُبِلَتَا	قُبِلُوا	قُبِلْنَ
2.	قُبِلْتَ	قُبِلْتِ	قُبِلْتُمَا comm.		قُبِلْتُمْ	قُبِلْتُنَّ
1.	قُبِلْتُ comm.		———		قُبِلْنَا comm.	

Aoristus II. Indicativus.

3.	يُقْبَلُ	تُقْبَلُ	يُقْبَلَانِ	تُقْبَلَانِ	يُقْبَلُونَ	يُقْبَلْنَ
2.	تُقْبَلُ	تُقْبَلِينَ	تُقْبَلَانِ comm.		تُقْبَلُونَ	تُقْبَلْنَ
1.	أُقْبَلُ comm.		———		نُقْبَلُ comm.	

Aoristus II. apocopatus.

3.	يُقْبَلْ	تُقْبَلْ	يُقْبَلَا	تُقْبَلَا	يُقْبَلُوا	يُقْبَلْنَ
2.	تُقْبَلْ	تُقْبَلِي	تُقْبَلَا comm.		تُقْبَلُوا	تُقْبَلْنَ
1.	أُقْبَلْ comm.		———		نُقْبَلْ comm.	

Aoristus II. antitheticus.

3.	يُقْبَلُ	تُقْبَلُ	يُقْبَلَا	تُقْبَلَا	يُقْبَلُوا	يُقْبَلْنَ
2.	تُقْبَلُ	تُقْبَلِي	تُقْبَلَا comm.		تُقْبَلُوا	تُقْبَلْنَ
1.	أُقْبَلُ comm.		———		نُقْبَلُ comm.	

Aoristus II. paragogicus.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يُقْبَلَنّْ	تُقْبَلَنّْ	يُقْبَلاَنِّ	تُقْبَلاَنِّ	يُقْبَلْنَانِّ	يُقْبَلْنَّ
2.	تُقْبَلَنّْ	تُقْبَلِنّْ	تُقْبَلاَنِّ comm.		تُقْبَلْنَانِّ	تُقْبَلْنَّ
1.	أُقْبَلَنّْ comm.		———		نُقْبَلَنّْ comm.	

Participium.

مُقْبَلاَتٌ مُقْبَلُونَ مُقْبَلَتَانِ مُقْبَلاَنِ مُقْبَلَةٌ مُقْبَلٌ

§. 33. DE VERBO TRILITERO PASSIVO IN FORMA I.

I. Passiva Vox caret Imperativo et Infinitivo. Aoristus et I. et II. passivus solis diversis Vocalibus differt ab activo; in Aoristo I. enim constanter prima radicalis notatur per Ddamma, et secunda radicalis per Kasra; in Aoristo II. vero constanter literae praeformativae adsciscunt Ddamma, et secunda radicalis Fathha.

II. Passiva Vox primae Formae peculiare habet Participium; primae radicali, sua privatae Vocali, praefigitur م per Fathha, et post secundam radicalem و interseritur.

Nota: 1) *Imperativi* passivi defectum supplet vel Imperativus Formae VII., utpote passivae (§. 22. VII.), vel, id quod saepius obtinet, modo periphrastico Imperativus

Ver-

Verbi كَانَ (§. 24. I. Nota), constructus cum Participio alterius Verbi passivo, v. c. كُنْ مَحْبُوبًا *esto amatus* (مَحْبُوبًا in Accusativo ponitur tanquam Praedicatum Verbi كَانَ, §. 84.); كُونَا مَحْبُوبَتَيْنِ *estote amatae vos duae*; كُونُوا مَحْبُوبِينَ *estote amati*; لِتَكُنْ مَحْبُوبَةً *sit amata*; لِيَكُونَا مَحْبُوبَيْنِ *sint amati illi duo*; لِيَكُنَّ مَحْبُوبَاتٍ *sint amatae*, rel.

2) *Infinitivi* passivi vices subit vel pariter Infinitivus Formae VII., vel Infinitivus aliquis activus, qui, utpote Substantivum, sensu utroque, et activo et passivo, potest capi. Sic حُبٌّ notat *amorem*, tam activo sensu ratione illius, qui *amat*, quam passivo ratione ejus, qui *amatur*. Imo nonnunquam Participia auctarum Formarum passiva stant loco Infinitivorum, cf. §. 79. IV.

§. 34. PARADIGMA VERBI TRILITERI ET ACTIVI ET PASSIVI IN FORMIS AUCTIS.

Activum.

Forma.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infin.	Partic.
II.	قَبَّلَ	يُقَبِّلُ	قَبِّلْ	تَقْبِيلٌ	مُقَبِّلٌ
III.	قَابَلَ	يُقَابِلُ	مُقَابَلَةٌ قَابِلْ vel	قِبَالٌ	مُقَابِلٌ
IV.	أَقْبَلَ	يُقْبِلُ	أَقْبِلْ	إِقْبَالٌ	مُقْبِلٌ
V.	تَقَبَّلَ	يَتَقَبَّلُ	تَقَبَّلْ	تَقَبُّلٌ	مُتَقَبِّلٌ
VI.	تَقَابَلَ	يَتَقَابَلُ	تَقَابَلْ	تَقَابُلٌ	مُتَقَابِلٌ
VII.	اِنْقَبَلَ	يَنْقَبِلُ	اِنْقَبِلْ	اِنْقِبَالٌ	مُنْقَبِلٌ

Aoristus II. paragogic

	Singularis.		Dualis.		
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	
3.	يُقْبَلَنَّ	تُقْبَلَنَّ	يُقْبَلَانِّ	[illegible]	
2.	تُقْبَلَنَّ	تُقْبَلِنَّ	[illegible]لَانِّ		
1.	أُقْبَلَنَّ comm.				

[illegible]

مُقْبَلٌ مُقْبَلَةٌ

[illegible]sivum.

§. 33. DE		Part.	For.	Aor. I.	Aor. II.	Part.
I.	يُقَبَّلُ	مُقَبَّلٌ	VII.	أُنْقُبِلَ	يُنْقَبَلُ	مُنْقَبَلٌ
Ao[illegible] III.	يُقَابَلُ قُوبِلَ	مُقَابَلٌ	VIII.	أُقْتُبِلَ	يُقْتَبَلُ	مُقْتَبَلٌ
IV.	يُقْبَلُ أُقْبِلَ	مُقْبَلٌ	X.	أُسْتُقْبِلَ	يُسْتَقْبَلُ	مُسْتَقْبَلٌ
V.	يُتَقَبَّلُ تُقُبِّلَ	مُتَقَبَّلٌ	XII.	أُقْبُوبِلَ	يُقْبَوْبَلُ	مُقْبَوْبَلٌ
VI.	يُتَقَابَلُ تُقُوبِلَ	مُتَقَابَلٌ	XIII.	أُقْبُوِّلَ	يُقْبَوَّلُ	مُقْبَوَّلٌ

§. 35. DE FORMIS AUCTIS VERBI ACTIVI TRILITERI.

Flexio quidem omnium Formarum per omnia Tempora cum flexione primae Formae prorsus convenit, (conf. init. §. 23.); aliae tamen in Vocalibus notandae sunt differentiae, nam

I. In Aoristo II. a) Formarum II. III. et IV. prae-

ivae literae أنيت semper per Ddamma
ae in omnibus reliquis Formis per-
hibent.

praeformativas literas Aoristi
e Vocali, expungitur Hamza
IV, et VII. — XIII.

alis, quae in Aoristo II. For-
bet recipit Vocalem, in reliquis For-
istanter notatur Kasra, excepta V et VI,
in qua adsciscit Fathha.

In IX quidem et XI Forma Vocalis Kasra in concentratione latet, quae vero redit, si tertia radicalis caret Vocali, v. c. in Imperativo, Aoristo II. apocopato.

II. In Imperativo quoque omnium auctarum Formarum secunda radicalis per Kasra movetur, quinta et sexta Forma excepta, in qua Fathham cernis. Formatur autem Imperativus in auctis pariter, ut in prima Forma, ab Aoristo II. apocopato, abjecta simul litera praeformativa, cujus tamen loco in iis Formis, quibus in Aoristo I ا prostheticum praeponitur, videlicet in IV, et in VII — XIII, Imperativus illud Hamza una cum Vocali adsciscit.

No-

Nota. Praeter Infinitivos usitatissimos paradigmatis longe rariores sunt notandi in Formis: II. تَقْبَالْ, قِبَالْ, قَبَالْ et قَبَّالْ; III قِيبَالْ et IV قَبَالْ, قَبَالَةْ.

III. Participia formantur ab Aoristo II. ejusdem Formae, ad quam pertinent, mutata praeformativa illius ubique in مُ cum Ddamma et notata secunda radicali constanter per Kasra, quae Vocalis character est activae Vocis.

§. 36. DE FORMIS AUCTIS VERBI PASSIVI TRILITERI.

I. Forma IX et XI, significationis quippe neutralis, passiva Voce caret.

II. Aoristus I. Formarum II, III et IV, ut in I Forma, Ddamma habet in prima, et Kasra in secunda radicali; in reliquis Formis: V — XIII duae primae Vocales sunt Ddamma, et penultima Kasra. Similiter

III. Aoristus II. Formarum II, III et IV, ut in I. Forma, Ddamma in litera praeformativa, et Fathha in secunda radicali recipit; in reliquis autem Formis V — XIII prima syllaba per Ddamma, secunda et tertia per Fathha notatur.

Nota. Doctrina de passiva Voce Aoristi I. et II. formanda simpliciter sic absolvitur; Verbi *trium* syllabarum, (quale est in Forma I — IV), prima syllaba per Ddamma

ma movenda est in Aoristo I. et II. passivo; secunda syllaba per Kasra in Aoristo I., et per Fathha in Aoristo II. Verbi autem *quatuor* syllabarum, (quale est in Formis V — XIII), duae priores syllabae in Aoristo I. passivo notantur per Ddamma, tertia syllaba per Kasra; verum in Aoristo II. sola prima per Ddamma, secunda vero et tertia syllaba per Fathha movetur.

IV. In Participiis denique passivis Kasra penultima activae Vocis transit in Fathha, quae ergo Vocalis character est passivi Participii.

§. 37. DE VERBO QUADRILITERO ACTIVO ET PASSIVO CUM FORMIS AUCTIS.

Activum.

Form.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infinitiv.	Part.
I.	قَبْلَلُ	يُقَبْلِلُ	قَبْلِلْ	قَبْلَلَةٌ vel قِبْلَالٌ	مُقَبْلِلٌ
II.	تَقَبْلَلُ	يَتَقَبْلَلُ	تَقَبْلَلْ	تَقَبْلُلٌ	مُتَقَبْلِلٌ
III.	اقْبَلَلَّ	يُقَبْلِلُّ	اقْبَلِلَّ	اقْبِلَّالٌ	مُقَبْلِلٌّ
IV.	اقْبَنْلَلَّ	يُقَبْنِلُّ	اقْبَنْلِلَّ	اقْبِنَّالٌ	مُقَبْنِلٌّ

Passivum.

Form.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infinitiv.	Part.
I.	قُبْلِلَ	يُقَبْلَلُ	—	—	مُقَبْلَلٌ
II.	تُقَبْلِلَ	يُتَقَبْلَلُ	—	—	مُتَقَبْلَلٌ
III.	اُقْبُلِلَّ	يُقَبْلَلُّ	—	—	مُقَبْلَلٌّ
IV.	اُقْبُنْلِلَّ	يُقَبْنَلُّ	—	—	مُقَبْنَلٌّ

Ex

Ex paradigmate sponte intelligitur:

I. *Primam* Verbi quadriliteri activi et passivi Formam sequi flexionem auctarum triliteri Formarum primae classis: II, III et IV, unico Infinitivo excepto.

II. *Secundam* Formam in flexione convenire cum V et VI Forma triliteri.

III. *Tertiam* et *quartam* Formam communem habere flexionem cum Forma septima triliteri.

§. 38. DE VERBO CUM SUFFIXIS.

Suffixum est Pronomen patiens, Nomini, Verbo aut Praepositioni additum. Verbo adfixum ut plurimum tanquam patiens, in quod transit actio, Accusativum indicat, rarius Dativum, maxime cum alius Accusativus sequitur. Subjungimus exempla quaedam varii generis Suffixorum in Aoristo I. et II ac Imperativo, quibus pauca observanda adjiciemus.

Aoristus I.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	نصرَ	نصرتهم	نصراها	نصرتاهنّ	نصروها	نصرنه
2.	نصرتِي	نصرتنا	نصرتاه	comm.	نصرتوها	نصرتهم
1.	نصرتك	comm.	———		نصرناكم	comm.

Ao-

Aoristus II.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
P.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	ينصرك	تنصركا	ينصرانه	تنصرانهم	ينصرونكم	ينصرنكنّ
2.	تنصرني	تنصرينها	تنصرانهنّ	comm.	تنصرونه	تنصرنا
1.	انصرك	comm.	———		تنصرها	comm.

Imperativus.

2.	انصرهم	انصريه	انصرانا	comm.	انصروني	انصرنها

I. In Aoristo I. accedente Suffixo tertia Persona masculina pluralis نَصَرُوا amittit ا otiosum, et secunda masculina pluralis نصرتم sibi adjungit ante Suffixum literam و, quiescentem in homogenea Ddamma, imposita literae م. 180

II. Suffixum primae Personae singularis ـِ ـي, subjunctum Verbo finito, *semper* — subjunctum Participio vel Adjectivo verbali, *saepius* mutatur in ـِي —; adsciscit ergo ن, quod dicitur نُونُ ٱلْوِقَايَةِ *Nun cavendi*; praecavet enim tale ن, inter terminationem Verbi ac Pronomen intersertum, ne hoc cum illa coalescat, aut hiatus oriatur. Non ergo requiritur in Aoristi II. Personis, per se ن terminatis.

No-

Nota. 1) Aoristi II. Personae in ـونَ — ante Suffixa primae Personae utriusque Numeri ـي et ـنا saepius ن finale abjiciunt; ut تُحِبُّونا pro تُحِبُّوننا *diligitis nos*, تامروني pro تامرونني *praecepistis mihi.*

2) Tertia radicalis ن cum ن Suffixi primae Personae ـني — potest, Vocali sua Fathha abjecta, contrahi per Schadda; ut مُكِّني pro مُكَنِّني *potentem fecit me.*

3) Suffixum ـهُ in carminibus saepe Vocalem amittit, ut نُؤْتِهْ pro نُؤْتِهِ *dabimus illi*, Cor. Sur. III. v. 145. edit. Maracc., 139. ed. Hinkl.

III. Pronomen *reflexivum* ejusdem Personae, ut *adjuvi meipsum, adjuvisti teipsum, adjuvit seipsum*; rel. nunquam exprimitur per Suffixum ejusdem Personae, Verbo adjectum, ut نَصَرْتُكَ, نَصَرْتُني, نَصَرَهُ, rel., sed separatim per Suffixum, additum Nominibus نَفْسٌ *anima*, رُوحٌ *spiritus*, ذاتٌ *essentia*, ut نَصَرْتُ نَفْسي *adjuvi meipsum*, نَصَرْتَ ذاتَكَ *adjuvisti teipsum*, نَصَرَ رُوحَهُ *adjuvit seipsum*, rel.

De Verbis, quibus duo Suffixa possunt adjungi, in Syntaxi erit dicendum §. 68. III.

B. De Irregularis Verbi Flexione.

§. 39. DE VERBIS IRREGULARIBUS IN UNIVERSUM.

Irregulare, imperfectum, non integrum غَيْرُ سالِمٍ est Verbum, quod in flexione plus minusve recedit

dit a norma *perfecti* sive *regularis*, in quo literae radicales semper manent praesentes mobilesque, quum contra *imperfectum* in flexione vel

I. Secundam radicalem saepius per Schadda inserit in tertiam, si nimirum secunda et tertia radicalis sit eadem; hoc Verbum dicitur أصم *surdum*, quia secunda radicalis inserta non amplius in pronunciatione percipitur; vel

II. Literae radicali ء secundum diversam, qua notatur, Vocalem praeter ا, quae propria est illius litera, et و et ي adpingit, si videlicet aliqua radicalium, sive prima, sive secunda, sive tertia, sit Hamza, quod Verbum propterea vocatur مهموز *hamzatum*. Utriusque tamen generis Verbum imperfectum adhuc est صحيح *sanum*, cui obponitur

III. Imperfectum, quod adpellatur معتل *infirmum* sive *debile*, cui una vel plures radicalium aut characteristicarum sunt ex literis *infirmis* اوي, quae in flexione vel invicem permutantur, vel ad quietem rediguntur, vel plane abjiciuntur, conf. §. 25.

Nota. Irregularia ergo, denominata a prima, secunda et tertia radicali prisci paradigmatis فعل, triplicis generis

ris sunt Verba: I. عع sive geminata secunda radicali; II. غأ, عأ, لأ; et III. فو, في, عو, عي, لو, لي.

I. De Verbis عع sive geminatis.

§. 40. DE REGULIS CONCENTRATIONIS.

Verbum, geminans secundam radicalem, (مُضَاعَف *geminatum*) constat vel *tribus* literis, ut مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*; vel *quatuor*, ut زَعْزَعَ, زَلْزَلَ, قَلْقَلَ, quae omnia tria idem significant: *huc illuc iteratis vicibus commovit*. Quadriliterum in flexione prorsus est regulare; triliterum vero imperfectum, quod propterea in specie vocatur أَصَمّ *surdum*. Recedit autem in flexione a Verbo regulari secundum constantes regulas الإِدْغَام sive *Concentrationis*, quas itaque praemittimus; (conf. tamen hac de re §. 6. III 1.).

الإِدْغَام *Concentratio* locum habet, si duarum literarum earundem prior, vel per se *vacua*, vel saltem sua Vocali privata, posteriori, *motae* tamen semper per Vocalem, inseritur, imposito propterea signo geminationis Schadda.

Concentratio autem est vel *necessaria* vel *licita*.

I. *Necessaria*, quae semper fieri debet, oritur:

1) Si prior homogenearum per se jam caret

ret Vocali, id quod tantum obtinet in Infinitivo, v. c. مَدَدًا fit مَدًّا.

2) Si ambae homogeneae notantur Vocali, quarum prior semper per Schadda coalescit cum posteriori, vel abjecta simul literae insertae Vocali, si proxime praecedens litera Vocalem jam habeat, ut semper fit in Aor. I. ac Participio, v. c. مَدَّ pro مَدَدَ, مَادٌّ pro مَادِدٌ; vel Vocali insertae literae rejecta tantum in proxime praecedentem literam, si haec sit vacua, quod observatur in Aoristo II. et in Nominibus derivatis *Loci* vel *Temporis* et *Instrumenti* (§. 56. V. VII.), v. c. يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extendit*, يَفِرُّ pro يَفْرِرُ *fugit*, يَعَضُّ pro يَعْضَضُ *mordet*, مَمَدٌّ pro مَمْدَدٌ *locus extensionis*, cet.

II. *Licita*, quae pro lubitu aut fit aut negligitur, posteriori scilicet duarum homogenearum per se destituta Vocali. Occurrit tantummodo in Aoristo II. apocopato ac Imperativo, exceptis tamen Personis, نَ terminatis, Numeri dualis utriusque Generis, et pluralis masculini, in quibus necessaria locum habet Concentratio, et excepta Persona secunda ac tertia plurali feminina, cujus نَ finale utpote Numeri, non Modi aut Temporis, signum Concentrationem plane respuit. In ceteris

ve-

vero Personis legitur vel لَمْ يَمُدُّ vel لَمْ يَمُدْ; امْدُدْ vel مُدْ.

Nota 1. a) Litera, licite concentrata, pro lubitu notari potest vel qualibet trium Vocalium, secunda radicalis si habeat Ddamma, ut لَمْ يَمُدِّ et مُدِّ; vel duplici saltem, aut Fathha aut Kasra, in secunda radicali, si fuerit Fathha vel Kasra, ut لَمْ يَفِرِّ, لَمْ يَعَضِّ et فِرِّ, عَضِّ.

b) Alef prostheticum in Imperativo contracto, utpote supervacaneum, perit, jam mota nimirum quum sit prima radicalis per Vocalem, quae rejicitur ex priori litera, in posteriorem inserta, §. 30. I. coll. supra I. b.

2) Ex regulis adhuc traditis Corollarii instar sequitur: posteriorem duarum homogenearum, per se si *vacua* sit, ut v. c. in مَدَدْتُ, مَدَدْنَ, cum priori per Schadda non coalescere; posita enim concentrata forma, v. c. مَدَّتْ, مَدَّنَ, cet., duae concurrerent literae vacuae, quod nefas est. Verum et Personae ejusmodi possunt concentrari, inserta tamen litera servili ي Pronomen agens inter et literam geminatam, ut مَدَيْتُ, مَدَيْنَ, cet., id quod teste *Aryda* apud vulgus est usitatius.

3) Easdem Concentrationis et necessariae et licitae in surdis Verbis observandas regulas sequuntur concurrentes in aliis vel simplicibus vel compositis vocibus duae literae vel eaedem vel similes, qua de re conferantur dicta, et exemplis illustrata §. 6. III. 1. 2.

§. 41.

§. 41. PARADIGMA VERBI SURDI.

Regulae praecedentes facilius ut imprimantur memoriae, paradigma Verbi surdi, adspersis nonnullis observationibus, subjungimus.

185

A. Activum Formae I.

Aoristus I.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	مَدَّ	مَدَّتْ	مَدَّا	مَدَّتَا	مَدُّوا vel مَدَّدْنَ	مَدَّيْنَ
2.	مَدَدْتَ vel مَدَّيْتَ	مَدَدْتِ vel مَدَّيْتِ	مَدَدْتُمَا c. vel مَدَّيْتُمَا c.		مَدَدْتُمْ vel مَدَّيْتُمْ	مَدَدْتُنَّ vel مَدَّيْتُنَّ
1.	مَدَدْتُ vel مَدَّيْتُ comm.		———		مَدَدْنَا vel مَدَّيْنَا comm.	

Aoristus II. Indicativus.

3.	يَمُدُّ	تَمُدُّ	يَمُدَّانِ	تَمُدَّانِ	يَمُدُّونَ	يَمْدُدْنَ
2.	تَمُدُّ	تَمُدِّينَ	تَمُدَّانِ comm.		تَمُدُّونَ	تَمْدُدْنَ
1.	أَمُدُّ comm.		———		نَمُدُّ comm.	

Aoristus II. apocopatus.

3.	لَمْ يَمُدَّ vel لَمْ يَمُدِّ	لَمْ تَمُدَّ vel لَمْ تَمُدِّ	لَمْ يَمُدَّا	لَمْ تَمُدَّا	لَمْ يَمُدُّوا	لَمْ يَمْدُدْنَ

Pers.	Singularis. Masc.	Singularis. Fem.	Dualis. Masc.	Dualis. Fem.	Pluralis. Masc.	Pluralis. Fem.
2.	لم تمدد vel لم تمدِ	لم تمدّي	لم تمدّا comm.		لم تمدوا	لم تمددن
1.	لم امدد vel امدِ		comm.	لم نمدد vel نمدِ		comm.

Imperativus.

2.	امدد vel مدِ	امددي vel مدّي	امددا vel مدّا	comm.	امددوا vel مدوا	امددن
3.	ليمدد vel ليمدّ	لتمدد vel لتمدّ	ليمددا vel ليمدّا	لتمددا vel لتمدّا	ليمددوا vel ليمدوا	ليمددن
1.	———		———	لنمدد vel لنمدّ		comm.

Participium.

مادّ مادّة مادّانِ مادّتانِ مادّونَ مادّاتٌ

Infin. مدّ Nom. *Loci*: مدّ Nom. *Instrum.* مدّ

Nota 1.) Aoristus II. Subjunctivus sive Antitheticus, cujus ultima radicalis semper notatur per Fathha, ubique necessario per Schadda contrahitur, v. c. أن يمدّ *ut extendat*, pro أن يمدد ; أن يمدّوا *ut extendant illi*, cet.

2) Aoristus II. paragogicus modo vel contracto vel solu-

luto flectitur, ut يَمُدُّ vel يَمُدُّ *extendet ille*; تَمُدِّ vel تَمُدِّ *extendes tu*, fem.; يَمُدُّ vel يَمُدُّ *extendent illi*, cet.

3) Prohibitivus, utpote Aoristus II. apocopatus, duplicem hujus flexionem et solutam et concentratam sequitur, ut لَا تَمُدُّ vel لَا تَمُدِّ *ne extendas*, cet.

B. Passivum Formae I.

Aoristus I.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	مُدَّ	مُدَّتْ	مُدَّا	مُدَّتَا	مُدُّوا	مُدِدْنَ
2.	مُدِدْتَ	مُدِدْتِ	مُدِدْتُمَا	comm.	مُدِدْتُمْ	مُدِدْتُنَّ
1.	مُدِدْتُ	comm.	———		مُدِدْنَا	comm.

Aoristus II.

3.	يُمَدُّ	تُمَدُّ	يُمَدَّانِ	تُمَدَّانِ	يُمَدُّونَ	يُمْدَدْنَ
2.	تُمَدُّ	تُمَدِّينَ	تُمَدَّانِ	comm.	تُمَدُّونَ	تُمْدَدْنَ
1.	أُمَدُّ	comm.	———		نُمَدُّ	comm.

Participium.

مَمْدُودٌ مَمْدُودَةٌ مَمْدُودَانِ مَمْدُودَتَانِ مَمْدُودُونَ مَمْدُودَاتٌ

In Aoristo I itaque tota Persona tertia, (plurali feminina excepta) amittit ob Concentrationem

in secunda radicali Kasra, Vocalem scilicet passivi Aoristi I. characteristicam; Fathha vero, characteristica Aoristi II. passivi in secunda radicali, conspicua remanet in Personis quoque contractis, remissa tamen in primam radicalem, per se Vocali destitutam (§. 40. I. b).

In Participio denique, interserta quippe inter duas homogeneas ي servili, nulla oritur anomalia.

C. Formae auctae.

Forma.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infin.	Partic.
II.	مُدِّدَ	يُمَدَّدُ	مُدَّدْ	تَمْدِيدٌ	مُمَدِّدٌ
III.	مُادَّ	يُمَادَّ	مُادَّدْ	مُمَادَّةٌ	مُمَادٌّ
IV.	اُمِدَّ	يُمَدُّ	اَمْدِدْ	اِمْدَادٌ	مُمِدٌّ
V.	تُمُدِّدَ	يُتَمَدَّدُ	تَمَدَّدْ	تَمَدُّدٌ	مُتَمَدِّدٌ
VI.	تُمُادَّ	يُتَمَادَّ	تَمَادَّدْ	تَمَادُّدٌ	مُتَمَادٌّ
VII.	اُنْمُدَّ	يُنْمَدُّ	اِنْمَدِدْ	اِنْمِدَادٌ	مُنْمَدٌّ
VIII.	اُمْتُدَّ	يُمْتَدُّ	اِمْتَدِدْ	اِمْتِدَادٌ	مُمْتَدٌّ
IX.	اُمْدُدَّ	يُمْدَدُّ	اِمْدَدِدْ	اِمْدِدَادٌ	مُمْدَدٌّ
X.	اُسْتُمُدَّ	يُسْتَمَدُّ	اِسْتَمْدِدْ	اِسْتِمْدَادٌ	مُسْتَمِدٌّ
XI.	اُمْدُادَّ	يُمْدَادُّ	اِمْدَادِدْ	اِمْدِيدَادٌ	مُمْدَادٌّ
XII.	اُمْدُودَّ	يُمْدَودُّ	اِمْدَودِدْ	اِمْدِيدَادٌ	مُمْدَودٌّ
XIII.	اُمْدُوَّدَ	يُمْدَوَّدُ	اِمْدَوِّدْ	اِمْدِوَّادٌ	مُمْدَوِّدٌ

I. Regulari modo flectuntur formae: II., V., IX., XI. et XIII; nam, si praeter characteristicum illarum Schadda adhuc Concentratio accederet, duae vacuae literae concurrerent, in unico Schadda latentes.

II. In reliquis autem Formis ad regulas, §. praec. traditas, fit contractio; est itaque v. c. in Forma III. مَادَّ pro مَادَدَ, in IV. أَمَدَّ pro أَمْدَدَ, cet. Passiva singularum Formarum Vox ad regulas, §. 36 et 40. expositas, formatur. Participium tamen Formae III. v. c., VI., VII., VIII., per Schadda contractum; in activa et passiva Voce omni caret discrimine, atque ex serie contexta debet agnosci. Ceterum in III. et VI. Forma horum Verborum Concentratio non raro prorsus negligitur....

Nota. A regula, duas vacuas literas in Arabicis vocibus non posse concurrere, excipiuntur Verbi surdi et Participium activum Formae I., et integrae Formae: III. VI. et XI., in quibus servile ا caret Vocali ante literam geminatam, recte quia ا, in Vocali homogenea praecedente quiescens, omnino latet, nec cacophoniam gignit in pronunciatione. Conf. *de Sacy* Gramm. arabe, Tom. I. 406. p. 154.

II. De Verbis hamzatis.

§. 42. DE REGULIS HAMZAE.

Hamzatum dicitur Verbum, cujus aliqua radicalium est litera Hamza, vel *prima*, ut أَخَذَ *accepit*; vel *secunda*, ut سَأَلَ *interrogavit*; vel *tertia*, ut قَرَأَ *legit*. Leviores, quas Verba triplicis hujus generis (فَا, عَا, لَا) in flexione subeunt, mutationes spectant propriam Hamzae literam Alef, (§. 7. I. 2. a.) eaeque fiunt ad regulas sequentes:

I. *Initio* dictionis Hamzae litera ا, qua demum cumque notata Vocali, constanter manet immutata, ut أَذِنَ (frequenti usu pro أَيْذِنَ) *permitte*, اضْرِبْ *verbera*, انْصُرْ *adjuva*; praefixa tamen Particula aliqua *inseparabili*, litera v. c. praeformativa Temporis vel characteristica Formae, ا desinit esse initialis, atque tractatur

II. Sicut Hamza in *medio* dictionis, cujus litera ا

1) Notata per *Kasra* vel *Ddamma* convertitur in literam, suae Vocali homogeneam, ut

أُوبَ / سُئِلَ } pro { آبَ *pascua*, a Sing. آبٌ / سَأَلَ *rogatus fuit*;

2)

2) Notata vero per *Fathha*, in literam, Vocali praecedenti homogeneam, servata tamen Vocali sua Fathha, ut

فِئَةٌ	pro	فَاةٌ	*agmen hominum*,
سُؤَالٌ		سَاالٌ	*interrogatio*;

3) Denique mutatur pariter in literam, praecedenti Vocali homogeneam, ipsa in medio si caret Vocali, ut

بِئْرٌ	pro	بَارٌ	*puteus*
بُؤْسٌ		بَاْسٌ	*infortunium*.

III. In *fine* contra dictionis Hamzae litera ا, 190

1) Servata Vocali sua, qualiscunque fuerit, mutatur in literam, proxime praecedenti Vocali aut *Kasra* aut *Ddamma* homogeneam, ut

خَطِئَ	pro	خَطَاَ	*peccavit*
دَنُؤَ		دَنَاَ	*vilis fuit*
خَاطِئٌ		خَاطَاٌ	*peccantis*
يَدْنُؤُ		يَدْنَاَ	*vilis erit*.

2) Proxime autem praecedente Fathha, regulariter quidem mutanda est ا in literam, suae

Vo-

Vocali homogeneam; frequentiori tamen usu manet immuta, ut

أَسْنَيٍ	pro	أَسْنَأٍ	*foliorum sennae*
يَفْتَؤُ		يَفْتَأُ	*desinit.*

Nota. Traditae regulae, quae constanti modo in *Verbis* hamzatis sunt observandae, in reliquis vocabulis, Substantivis v. c., Adjectivis, Particulis, cet. saepius aut negliguntur, aut accedentibus aliis mutantur et augentur, quae fere sunt:

a) Hamza finalis Substantivorum, accrescentibus Suffixis, pro mediana habetur, ut مَاؤُهُ *aqua ejus*, مَائِهِ *aquae ejus*.

b) In Substantivis ultimae Hamzae, proxime praecedente litera aliqua *vacua*, praestantius nec scribitur nec legitur litera Hamzae, solo signo illius adposito, ut بَدْءٌ pro بَدْؤٌ *initium*, شَيْءٌ pro شَيْؤٌ *res*, بَدْءٍ pro بَدْيٍ *initii*; imo praecedente aliqua infirmarum اوي, litera Hamzae finalis, fere semper in eandem conversa, per Schadda cum priori vacua vel quiescente necessario contrahitur, unde legitur شَيٌّ pro شَيْءٌ, سُوٌّ pro سُوْءٌ, conf. §. 7. I. 2. b.

c) Prima radicalis Hamza Substantivorum, praefixa aliqua Particularum inseparabilium: أَ, بِ, فَ, كَ, لِ et وَ, manet tamen initialis, ideoque immutata, ut لِأَبٍ (non لِئَبٍ) *patri*, كَأُمٍّ (non كَؤُمٍّ) *instar matris*. Verum

d)

d) In nonnullis Particulis compositis talis Hamza tanquam mediana tractatur, quae sunt: أَإِنْ pro أَإِنْ *num si?* حِينَئِذٍ pro حِينَاذٍ *tunc temporis*, وَقْتَئِذٍ pro وَقْتَاذٍ *hora illa, tempore illo*, لِئَلَّا pro لِأَلَّا *ut ne.*

§. 43. PARADIGMATA VERBORUM فأ, عأ et لأ.

Sequens Paradigma Verborum triplicis generis hamzatorum, adjectis nonnullis observationibus, regulas §. praec. expositas illustrabit. 192

A. Paradigma Verbi فأ, ut أَمَلَ *speravit.*

Activum Formae I.

Aor. I. أَمَلَ, أَمَلْتَ, et rel. modo regulari.

Aor. II. آمَلُ (أَأْمَلُ), نَأْمَلُ, rel. modo regulari.

Imper. اُؤْمُلْ pro أُأْمُلْ et sic reliq., vel إِئْتِرْ pro أَأْتِرْ *elige.*

Infin. أَمْلٌ. Part. آمِلٌ pro أَامِلٌ. Nom. Loc. مَأْمَلٌ

N. Instr. مِئْمَلٌ.

Passivum Formae I.

Aor. I. أُمِلَ Aor. II. يُؤْمَلُ. Part. مَأْمُولٌ.

For-

Formae quaedam auctae.

Form.	Aor. I.	Aor. II.	Imp.	Inf.	Part.
II.	أَمَّلَ	يُؤَمِّلُ	أَمِّلْ	تَأْمِيلٌ	مُؤَمِّلٌ
III.	آمَلَ وَامَلَ	يُؤَامِلُ يُوَامِلُ	آمِلْ وَامِلْ	مُؤَامَلَةٌ	مُؤَامِلٌ
IV.	آمَلَ	يُؤْمِلُ	آمِلْ	إِيمَالٌ	مُؤْمِلٌ
VI.	تَآمَلَ تَوَامَلَ	يَتَآمَلُ يَتَوَامَلُ	تَآمَلْ تَوَامَلْ	تَؤَامُلٌ	مُتَؤَامِلٌ
VIII	إِيتَثَرَ أَتَمَلَ	يَأْتَثِرُ يَتْمَلُ	إِيتَثِرْ إِتْمَلْ	إِيتِثَارٌ إِتْمَالٌ	مُؤْتَثِرٌ مُتْمَلٌ

Nota. 1) Verba أَكَلَ *edit*, أَخَذَ *accepit*, أَمَرَ *jussit* Imperativum praeter modum regularem, qui rarissime occurrit, formant modo speciali, abjecta prima radicali una cum أ prosthetico, ut: كُلْ, خُذْ, مُرْ. Praefixa vero و vel ف in Imperativo Verbi أَمَرَ redit prima radicalis: وَأْمُرْ, فَأْمُرْ. Verbum أَذِنَ *permisit* habet أَذِنْ pro إِيذِنْ *permitte.*

2) *Tertia* et *sexta* Forma in utroque Aoristo et Imperativo praeter Formam regularem recipiunt et aliam, prima radicali Hamza conversa in و, quae posterior teste *Aryda* usu magis est recepta. Conf. §. 45. C. V. Nota 2.

3) *Octava* denique Forma pariter duplici formatur ratione, vel ad Hamzae regulas, vel, quod eodem teste

A-

Aryda magis consuetudo tenet, conversa prima radicali in literam ت, quae, utpote *vacua*, cum sequente ت characteristica mota necessario per Schadda coalescit.

B. Paradigma Verbi عأ, ut سَأَلَ *rogavit.*

Activum Formae I.

Aor. I. سَأَلَ *rogavit*, صَئِبَ *sitim restinxit*, بَؤُسَ *audax fuit.*

Aor. II.	يَسْأَلُ	يَصْئِبُ	يَبْؤُسُ
Imper.	اِسْأَلْ	اِصْئِبْ	اُبْؤُسْ
Infin.	سُؤَالٌ	صَأْبٌ	بُؤْسٌ
Part.	سَائِلٌ	صَائِبٌ	بَائِسٌ

Passivum Formae I.

Aor. I.	سُئِلَ	صُئِبَ	بُئِسَ
Aor. II.	يُسْأَلُ	يُصْأَبُ	يُبْأَسُ
Part.	مَسْؤُولٌ	مَصْؤُوبٌ	مَبْؤُوسٌ

Formae quaedam auctae.

Forma.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infin.	Part.
II.	سَأْءَلَ	يُسَأْئِلُ	سَأْئِلْ	تَسْئِيلٌ	مُسَأْئِلٌ
III.	سَاءَلَ	يُسَائِلُ	سَائِلْ	مُسَاءَلَةٌ	مُسَائِلٌ
IV.	أَسْأَلَ	يُسْئِلُ	أَسْئِلْ	إِسْآلٌ	مُسْئِلٌ

V.

Forma.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infin.	Part.
V.	تَسَأَّلَ	يَتَسَأَّلُ	تَسَأَّلْ	تَسَأُّلٌ	مُتَسَأِّلٌ
VI.	تَسَآلَ	يَتَسَآلُ	تَسَآلْ	تَسَاؤُلٌ	مُتَسَاءِلٌ
VII.	اِنْسَأَلَ	يَنْسَئِلُ	اِنْسَئِلْ	اِنْسِئَالٌ	مُنْسَئِلٌ

et similiter in ceteris Formis.

Nota 1) Forma II. a III., et V. a VI. differt per signum Dschezm, quod priori geminatae Hamzae imponitur in II. et V. Forma, quum contra in III. et VI. Forma radicalis Hamza cum Alef servili per Madda coalescat.

2) Verba mediae radicalis Hamzae si in Forma I. sunt *tertiae Speciei* sive *Conjugationis* (§. 28. II.), i. e. quorum Hamza in utroque Aoristo notatur Vocali Fathha, non raro, conversa Hamza in Alef, sequuntur in flexione Verba *concava* sive mediae radicalis و vel ي, de quibus infra dicemus §. 47.

3) De Verbo رَأَى *vidit* sermo recurret apud Verba ultimae radicalis ي, §. 51. VII. 1.

C. Paradigma Verbi لأ, ut قَرَأَ *legit*.

Activum Formae I.

Aoristus I.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*		
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	
3.	قَرَأَ	قَرَأَتْ	قَرَأَا	قَرَأَتَا	قَرَؤُوا	قَرَأْنَ	rel.

A-

Aoristus II.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يقرا (pro يقرؤ)	تقرا	يقرأنِ	تقرأنِ	يقرؤون	يقرأن, rel.

Imperativus.

2.	اقرأ	اقرئي	اقرا	comm.	اقرؤوا	اقرأن

Participium.

قارِئٌ قارِئَةٌ قارِئانِ قارِئَتانِ قارِئُونَ قارِئاتٌ

Nomen Loci: مقرا vel مقرؤ. Nom. Instr. مِقرا (vel مِقرؤ).

Nota. In his Formae I. activae Temporibus, prorsus tamen pro regulis Hamzae (§. 42), variae oriuntur mutationes, prout Verba singularum *Specierum* sive *Conjugationum* (§. 28. II.) in Aoristo utroque aliquam trium Vocalium in secunda radicali exhibent, sic v. c. est

Aor. I. هنِي (pro هنا) *facile concoxit cibum*, Aor. II. يهنؤ;

— هنا *dedit*, Aor. II. يهنِي;

— دنؤ (pro دنا) *vilis fuit*, Aor. II. يدنؤ.

Cadit vero illud discrimen in

Passivo Formae I.

Aor. I. قرِي, هنِي, دنِي Aor. II. يقرا, يهنا, يدنا

Part. مقرؤ, مهنؤ, مدنؤ.

Sic

Sic in auctis quoque Formis regulae supra traditae jam absque ulla difficultate adplicantur.

Nota. Ad ea, quae §. 42. Nota b. coll. §. 7. I. 2. b. dicta sunt, quaedam in scribendis Verbis hamzatis adhuc observanda liceat adponere.

a) Alef quiescens, sive sit hamzata tanquam litera radicalis (§. 7. I. 2.), sive simplex Alef tanquam litera servilis, quando concurrit cum proxime vel praecedente vel sequente litera Hamza, aut cum hac coalescit, imposito signo Madda, rarius lineola perpendiculari (§. 7. II. 1. 2.), ut آمَنَ vel اٰمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit*, كِسَآءٌ pro كِسَاأٌ *indumentum*; aut sola servilis scribitur, litera Hamza per signum ء expressa, ut ءَامِنٌ pro أَأْمِنٌ, *credens*.

b) Literis quoque و vel ي, conversis ex أ radicali i. e. Hamza, adponi debet signum ء (§. 7. I. 2. a.), quo in casu ي carere solet punctis diacriticis, ut سُئِلَ. Proxime vero praecedente أ, omitti solet ء in و vel ي, ex Hamza conversis, ut أُوذِيَ *noxa adfectus est*, pro أُؤْذِيَ ex أُأْذِيَ; et إِيذَآءٌ *noxa adficere* pro إِءْذَاءٌ ex إِأْذَآءٌ.

III. De Verbis infirmis.

§. 44. DE DIVISIONE VERBORUM INFIRMORUM.

I. Hujus generis Verba unam vel plures radicalium habent ex literis *infirmis* و vel ي, quibus literis accensetur etiam simplex ا (absque ء), quae ergo ا, ubicunque in his Verbis comparet, nun-

nunquam radicalis est litera sive Hamza, (de qua jam §§. 42 et 43 dictum est), sed vel ex radicali و aut ي in ا conversa, ut بَاعَ pro بَيَعَ *vendidit*, قَالَ pro قَوَلَ *dixit*, رَمَاهُ pro رَمَيَهُ *jecit eum*, غَزَا pro غَزَوَ *pugnavit*; vel addita tanquam litera aut servilis aliqua aut characteristica Formae, III nimirum ac VI, ut ضَارِبٌ *percutiens*, كِتَابٌ *liber*, قَاوَلَ et تَقَاوَلَ.

II. Abeunt autem Verba infirma in plures classes, quarum.

A) *Primam* constituunt Verba *primae* radicalis و vel ي sive Verba وْ et يْ; tale Verbum Arabice dicitur اَلْمِثَالُ *simile* sive *assimilatum* scilicet Verbo regulari, cujus flexionem in Aoristo I. saltem sequitur.

B) *Secundam* constituunt Verba *secundae* radicalis و vel ي sive Verba عو et عي; tale Verbum Arabice vocatur vel اَلْأَجْوَفُ *concavum* a جَوْفٌ *venter*, media enim pars illius sive venter quasi est infirmus, vel ذُو ٱلثَّلَاثَةِ *praeditum tribus literis*, quia in prima Persona singulari Aoristi I. non *quatuor*, ut Verbum regulare قَبِلْتُ, sed *tres* tantum habet literas, ut قُلْتُ *dixi*.

C) *Tertiam* constituunt classem Verba *tertiae* ra-

radicalis و vel ي sive Verba لو et لي; tale Verbum Arabibus nominatur vel النَّاقِصُ *deficiens*, in flexione scilicet deficit fere semper Vocalis ultima, vel ذُو ٱلْأَرْبَعَةِ *praeditum quatuor literis*, quibus nempe constat in prima Persona singulari Aoristi I., ut رَضِيتُ *gratum habui*.

D) *Quartam* denique classem constituunt Verba *dupliciter* vel *tripliciter irregularia*, ad quam refertur

a) اللَّفِيفُ *involutum* sive *mixtum* Verbum, *duabus* constans radicalibus *infirmis*, quod porro duplicis est generis: vel اللَّفِيفُ ٱلْمَفْرُوقُ *involutum disjunctum*, cujus *prima* et *tertia* radicalis infirma separatur sive disjuncta est per mediam literam sanam, ut وَقِيَ *custodivit*; vel اللَّفِيفُ ٱلْمَقْرُونُ *involutum conjunctum*, cujus *secunda* et *tertia* radicalis infirma juxta se ponitur sive conjungitur, ut شَوَى *assavit*.

Prima enim et *secunda* radicalis infirma in nullo prorsus Verbo occurrit, sed in solis Nominibus tribus: وَيْلٌ *vae!* يَوْمٌ *dies*, يَيْنٌ *Jain* Nomen proprium loci.

b) Ad quartam irregularium classem referendae sunt etiam plures species Verborum *infirmorum* et *hamzatorum simul*, quorum videlicet vel

una

una radicalium est ex infirmis و vel ي, altera vero Hamza, ut وَأَرَ *terruit*, وَذَأَ *culpavit*; vel quorum duae radicalium sunt ex infirmis و vel ي, et tertia radicalis Hamza, quae propterea sunt *tripliciter irregularia*, ut أَوَيَ *se recepit*, وَأَيَ *promisit*.

Ceterum omnia quartae classis irregularia Verba in omnibus sequuntur illa Verba, simpliciter imperfecta, ad quae pro literis suis infirmis pertinent, adeoque omni carent difficultate.

III. Quatuor itaque sunt classes Verborum *infirmorum*, quae adpellantur quoque *quiescentia*, pariter ut literae ا و ي, quae etiam *quiescentes* nominantur. Variae autem ac multiplices, quas Verba infirma in flexione subeunt, mutationes ad triplicem revocantur *operationem*, quae Arabibus dicitur اَلْإِعْلَالُ i. e. *curare causationem*, *infirmitatem*, quam scilicet Verbis inducunt literae *infirmae*, *debiles* (*causariae* secundum *Aryda*, pag. 61.) اوي, quae, cum Vocali heterogenea conjunctae, male sonantem reddunt sermonem, qui autem ad euphoniam reducitur vel

1) per اَلْقَلْبِ i. e. *Conversionem* literae infirmae in aliam ex illis اوي; vel

2) per اَلْإِسْكَانِ i. e. *reductionem ad Quietem*, aut prorsus abjecta, aut saltem remissa Vocali li-

te-

terae infirmae ad proxime praecedentem literam vacuam; vel

3) per اَلْحَذْفِ i. e. *Abjectionem* literae infirmae.

Triplex haec operatio, infirmas sive causarias literas demulcendi, in *Verbis* fit modo semper constanti ad Canones universales de literis اوي, quibus regulis paucioribus, ad familiaritatem usque cognitis, longa de infirmis Verbis doctrina tanquam continua illorum Canonum adplicatio facile ac sponte sua quasi intelligitur.

§. 45. CANONES DE LITERIS INFIRMIS اوي.

Aryda praeeunte omnes regulas pro triplici illa operatione (§. 44. III.) disponamus; primo itaque loco erunt ponendae

200

A. Octo Conversionis regulae.

I. Literae infirmae اوي (quae, initio quidem vocabuli nunquam mutatae, praefixa aliqua Particula inseparabili jam in medio dictionis considerantur) in eodem medio dictionis, *destitutae Vocali*, constanter convertuntur in literam, praecedenti Vocali *Ddamma* vel *Kasra* homogeneam;

mu-

mutantur ergo ا et و post *Kasra* in ي, atque ا et ي post *Ddamma* in و; ut

شُوهِدَ	pro	شَاهَدَ	*visus fuit*
مُوقِنٌ		مُيْقِنٌ	*certum reddens*
مِيلَادٌ		مِوْلَادٌ	*natale tempus.*

Nota. Eaedem و et ي, in medio absque Vocali post *Fathha*, in *Verbis* quidem non mutantur, sed diphthongum efficiunt, ut أَيْقَنَ *certum reddidit*, أَوْعَدَ *praedixit*, excepto solo Aoristo II. Formae VIII. Verborum فو et في, in quo و vel ي, post Fathha in medio absque Vocali, nonnunquam in ا mutatur, (conf. §. 46. B. I. Nota); in *Nominibus* vero minus constanter vel etiam diphthongum faciunt, ut يَوْمٌ *dies*, لَيْلٌ *nox*; vel mutantur in ا, praecedenti Fathha homogeneam, ut دَارٌ pro دَيْرٌ *domus*, نَارٌ pro نَوْرٌ *ignis*.

II. و et ي, sive in *medio* sive in *fine* dictionis *motae* qualicunque Vocali, hac abjecta se accommodant ad Vocalem *Fathha*, si proxime praecedat, i.e. in ا quiescens mutantur; proxime autem praecedente litera aliqua *vacua*, convertuntur in literam, suae Vocali homogeneam, translata tamen Vocali ipsa ad vacuam, proxime praecedentem; ut

قَامَ	pro	قَوَمَ *stetit*	يَنَامُ	pro	يَنْوَمُ *dormit.*
طَالَ		طَوُلَ *longus fuit*	يَهَابُ		يَهْيَبُ *reveretur*
خَافَ		خَوِفَ *metuit*	غَزَا		غَزَوَ *oppugnav.*
سَارَ		سَيَرَ *profectus est*	رَمَي		رَمَيَ *jecit*

Nota 1). Pro regulis tamen orthographiae litera و, in fine dictionis in ا conversa, scribitur quoque per figuram ا, ut غَزَا pro غَزَوَ; ي vero, in eodem fine dictionis in ا conversa, retinet discriminis causa figuram literae ي, ut رَمَي pro رَمَيَ; sic ergo Verba ultimae radicalis و vel ي etiam post mutationem, factam ad hanc II. Conversionis regulam, facile ac certo possunt discerni. Inde jam explicatur, cur talis ي ultima, quum proprie sit ا, non sit diphthongus cum praecedente Fathha, atque, accedente Suffixo, non raro iterum in ا mutetur, ut رَمَيَهُ *ramahu* (non رَمَيْهُ *ramaihu*, ut nonnulli minus bene legunt) vel plane رَمَاهُ, *jecit eum*, conf. §. 6. II. 2.

2) Duae literae infirmae si concurrunt, haec II. Convers. regula nunquam priori, sane autem posteriori illarum adplicatur, unde manet v. c. رَوِيَ *satis bibit*, قَوَّمَ *rectificavit*, sed ex قَوَيَ, هَدَيَ fit قَوَي *superior fuit*, هَدَي *bene direxit.*

3) Finalis sive tertia radicalis و et ي addito Suffixo non habetur pro mediana, ut اَ, conf. §. 42. III. 2. a.

III.

III. Concurrentibus و et ي vel ي et و, ita ut prior illarum careat Vocali, constanter و mutatur in ي, quo facto necessaria locum habet concentratio per Schadda (§. 6. III. 1. c.); Vocalis autem ante priorem infirmam si fuerit *Ddamma*, transit in Kasra, in Vocalem scilicet homogeneam literae ي, ex و conversae; *Fathha* vero praecedens vel Kasra non mutatur; unde dicitur

مَرْمِيٌّ	pro	مَرْمُوْيٌ	*rejectus*
اَيَّامٌ		اَيْوَامٌ	*dies*, a Sing. يَوْمٌ
رَضِيٌّ		رَضِيْوٌ	*placidus*.

Nota. In Nominibus non raro duae literae و concurrentes, quarum prior quiescit, in ي mutatae per Schadda coalescunt, conversa simul Vocali Ddamma in Kasra, ut دُلِيٌّ pro دُلُوْوٌ *situlae*, عُصِيٌّ pro عُصُوْوٌ *baculi*.

IV. و vel ي cadens aut tanquam *secunda* radicalis post ا servile Participii activi قَايِلٌ, aut tanquam *tertia* radicalis post aliquam servilem quiescentem ex infirmis اوي, vertenda est in Hamza, et porro pro regulis Hamzae §. 42. II. III. tractanda; ut

قَائِلٌ	pro	قَاوِلٌ *dicens*	كِسَآءٌ	pro	كِسَاوٌ *indumentum*
بَائِعٌ		بَايِعٌ *vendens*	اِعْطَآءٌ		اِعْطَايٌ *largitio.*

V. *Prima* radicalis و vel ي, instar primae radicalis Hamzae (§. 43. *A.* 3.) in Forma VIII. vel manet, et per I. Conversionis tractatur, vel, id quod usu praestantius est, mutatur in literam ت, quae tanquam vacua cum sequente characteristica ت mota necessario per Schadda contrahitur; ut a وَعَدَ fit

اِتَّعَدَ vel اِيتَعَدَ (per I. Conv. pro اِوتَعَدَ *promissionem accepit.*

اِتَّسَرَ vel اِيتَسَرَ *alea lusit*, a يَسَرَ.

VI. و, in medio dictionis notata per Kasra, proxime praecedente Ddamma, mutanda est in ي, et in locum Ddammae abjectae recedit Kasra, ut قِيلَ pro قُوِلَ *dictum est.*

VII. و *tertia* radicalis quando per praefixas literas, sive praeformativas Temporum, sive characteristicas Formarum, cadit in quartum vel ulteriorem dictionis locum, quin proxime praecedens litera habeat Vocalem Ddamma, convertenda est in ي; ut

اعتدي

اعتدي	pro	اعتدو (accedente simul II. Convers.) *transivit*
انجيت		انجوت *liberavi*
يرضيا		يرضوا *ambo sunt contenti*
مستغزية		مستغزوة *pugnare petens.*

VIII. و in fine dictionis post Kasra mutatur in ي, ut غزي pro غزو *oppugnatus fuit;* ي contra in fine post Ddamma manet, mutata vero Ddamma in Kasra, ut التمني pro التمنّي *optationem,* Inf. Formae VI. cum Articulo. Sequuntur

B. Tres Quietis regulae.

I. و vel ي, in medio dictionis per homogeneam Vocalem proferendae, proxime praecedente litera vel vacua vel notata per Vocalem praeter Fathha, rediguntur ad quietem, Vocali translata ad literam praecedentem, quae ergo, quando jam habet Vocalem, hanc suam amittit; ut

يقول	pro	يقوُل *dicit*
يبيع		يبيَع *vendit*
يبيع		يبيُع *venditus fuit*

II. و in fine dictionis per Ddamma proferenda

da *post Ddamma*, et ي in fine mota per Kasra vel Ddamma *post Kasra*,

1) Vocali sua abjecta redduntur quiescentes, id quod fit لِلثِّقَلِ i. e. *ob gravitatem* sive difficultatem, quam hoc in casu Vocalis ultima crearet in pronunciatione; dicitur ergo

يَدْعُو	pro	يَدْعُو *vocat*	يَرْمِي	pro	يَرْمِي *jaculatur*
اَلْغَازِي		اَلْغَازِي *pugnans*	اَلرَّامِي		اَلرَّامِي *jaculans*
اَلْغَازِي		اَلْغَازِي *pugnantis*	اَلرَّامِي		اَلرَّامِي *jaculantis*

2) *Nunnatio* vero Participii vel Nominis, abjecta una cum Vocali tertia radicali و vel ي, retrocedit ad secundam radicalem, cujus Vocali se accommodat; fit ergo

غَازٍ et غَازِيٌ in Nominativo, pro غَازِيٌ
رَامٍ pro رَامِيٌ

et غَازِيٍ in Genitivo, pro رَامِيٍ

3) Denique eadem tertia radicalis و vel ي utique fert Vocalem *Fathha*, et simplicem et geminatam Nunnationis, v. c. in Accusativo aut Subjunctivo; unde dicitur

اَلْغَازِي vel غَازِيًا *pugnantem*	اَلرَّامِي vel رَامِيًا *jaculantem*
لَنْ يَدْعُو *nequaquam vocabit*	لَنْ يَرْمِي *nequaquam jaculabitur.*

III.

III. Literae و vel ي, in fine dictionis *post Fathha* in Nominibus vel Participiis cum Nunnatione proferendae, ad Fathha remittunt Nunnationem, conversa porro

1) و vel per II Conversionis in ا quiescens, si sit *tertia* dictionis litera; vel per VII Conversionis in ي quiescens, si sit *quarta* vel ulterior litera; ut

عَصًا / مُعْطًى pro عَصَوٌ *baculus*, عَصَوٍ *baculi*, عَصَوًا *baculum*, مُعْطَوٌ *datus*, مُعْطَوٍ *dati*, مُعْطَوًا *datum*;

2) ي autem per II Conversionis in Alef quiescens, cujus tamen loco discriminis causa ab ultima و (conf. supra *A.* II. 1.) scribitur ي; ut

فَتًى / مُرْتَمًى pro فَتَيٌ *puer*, فَتَيٍ *pueri*, فَتَيًا *puerum*, مُرْتَمَيٌ *rejectus*, مُرْتَمَيٍ *rejecti*, مُرْتَمَيًا *rejectum*.

Denique observandae sunt

C. Quinque Abjectionis regulae.

I. Concurrente infirma litera *quiescente* cum alia *vacua*, infirma semper est abjicienda; ut

خَفْ / قُمْ / بِعْ pro خَافْ *time*, et hoc pro اِخْوَفْ per II. Convers.
قُومْ *surge*, et hoc pro اُقْوُمْ per I. Quietis;
بِيعْ *vende*, et hoc pro اِبْيِعْ per I. Quietis.

No-

Nota. Ab hac regula excipitur ا in Participio activo Formae I., et in tota Forma III. VI. et XI. Verbi *surdi*, conf. §. 41. *C.* II. Nota.

II. Semper abjicitur, proxime praecedente aliqua Vocali, *tertia* radicalis و vel ي, *mota* per Vocalem ante quiescentem vel و vel ي, praeterea

1) aut abjecta quoque Vocali illius tertiae radicalis و vel ي, si proxime praecedens Vocalis fuerit *Fathha*, ut

غَزَوا / رَمَوا } pro { غَزَوُوا *pugnarunt* / رَمَيُوا *jecerunt* | تَوَقَيْنَ / تَعْزَيْنَ } pro { تَوَقَيِينَ *servaberis, f.* / تَعْزَوِينَ *impugnaberis, f.*

2) aut translata Vocali tertiae radicalis و vel ي in locum abjiciendae Vocalis proxime praecedentis *Ddamma* vel *Kasra*; ut

أُغْزِي / غَازُونَ } pro { أُغْزُوِي *pugna*, f. / غَازُوُونَ *pugnantes* | تَرْمِينَ / يَرْمُونَ } pro { تَرْمِيِينَ *rejicies*, f. / يَرْمِيُونَ *rejicient.*

III. *Tertia* radicalis و vel ي in *tertia* Persona feminina et Singulari et Duali Aoristi I. proxime praecedente Fathha perit; ut

غَزَتْ et غَزَتَا / رَمَتْ et رَمَتَا } pro { غَزَوَتْ et غَزَوَتَا / رَمَيَتْ et رَمَيَتَا

Nota. Haec regula saltem pro *Singulari* feminina supervacanea statuitur, quum idem fiat per II. Conversionis et I. Abjectionis.

IV.

IV. *Tertia* radicalis و vel ي in Aoristo II. apocopato, ideoque et in Imperativo, abjicitur; ut

أُغْزُو et لَمْ يَغْزُو pro أُغْزُ et لَمْ يَغْزُ

أَرْمِي et لَمْ يَرْمِي pro أَرْمِ et لَمْ يَرْمِ

V. *Prima* radicalis و Verbi, cujus secunda radicalis in Aoristo II. per Kasra notatur, in Aoristo II. ac Imperativo perit; ut

يَعِدُ pro يُوعِدُ *promittet*, عِدْ pro إِيعِدْ ex إُوعِدْ *promitte*.

Nota. Canones praecedentes triplicis generis constanti modo servantur in Verbo et simplici, et aucto, ejusque derivatis proximis, quae sunt; Aoristus II., Imperativus, Infinitivus et Participium. In remotioribus autem Verbi derivatis, in Substantivis scilicet et Adjectivis verbalibus (§§. 56. 57.) tum Canones isti jam adhibentur jam negliguntur, tum aliae adhuc regulae obtinent speciales, quarum praeter illas, quae universalibus jam sunt in Notis adjectae, hoc loco notatu digniores adferamus.

1) Duarum ا, in medio juxta se quiescentium, prior solet mutari in و, ut نُوَاصِرُ *adjutores* pro نَاصِرٌ a Sing. نَاصِرٌ.

2) Idem nonnunquam obtinet, illarum prior si sit Hamza, ut ذُوَائِبُ pro ذَائِبٌ vel ذُآئِبُ *antiae*, *crinis propendulus*; تُوَامَرُوا pro تَامَرُوا vel تَآمَرُوا *deliberatis*; conf. §. 43. A. 2.

3)

3) Litera و, in medio Nominum mota per Fathha post Kasra, in nonnullis mutatur in ي, v. c. ثِيَابٌ pro ثِوَابٌ *vestes*, دِيَارٌ pro دِوَارٌ *aedes*, رِيَاحٌ pro رِوَاحٌ *venti*; in nonnullis vero manet, v. c. سِوًى *aequalis*, جِوَارٌ *vicinitas*, سِوَارٌ *armilla*, شِوَآءٌ *res tosta*.

4) Idem و in medio motum per Fathha, praecedente Fathha vel Ddamma, non raro transit in ي, ut قِيَامَةٌ pro قِوَامَةٌ *insurrectio*, صِيَانَةٌ vel صُيَانَةٌ pro صِوَانَةٌ vel صُوَانَةٌ *repositorium vestium*; pariter

5) و geminatum post Fathha vel Ddamma fit ي geminatum, ut قَيُّومٌ pro قَوُّومٌ *per se subsistens*; قَيَّامٌ pro قَوَّامٌ idem; صَيَّابٌ pro صَوَّابٌ *praestantiores*; صَيِّمٌ pro صَوِّمٌ *jejunantes*.

6) ي contra motum in medio per Fathha post Ddamma saepe convertitur in و, ut رَمَوَانٌ pro رَمَيَانٌ *projectio*.

7) ي finale praecedente alio ي mutatur in ا *breve* (§. 58. I. 2. b.), ut هَدَايَا pro هَدَايِيُ *res oblatae*, *munera*. Excipiuntur Nomina propria virorum: يَحْيَى et رَيَّا.

Sequuntur nunc quatuor Verborum infirmorum Classes (§. 44. II.) ope regularum praecedentium illustrandae.

§. 46. *A.* DE VERBO أَلْمِثَالِ ET فو ET في.

A. De Verbis فو.

205

I. Prima radicalis و in *Aoristo II.* et *Imperativo*

tivo activo Formae I. Verborum فو, quorum secunda radicalis ibi notatur per Kasra, per V. Abjectionis cadit; unde a وَعَدَ *promisit* fit.

Aoristus II.

	Singularis.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
Pers.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
3.	يَعِدُ	تَعِدُ	يَعِدَانِ	تَعِدَانِ	يَعِدُونَ	يَعِدْنَ rel.

Imperativus.

2. عِدْ عِدِي عِدَانِ comm. عِدُوا عِدْنَ

Nota. Quaedam ita expungunt و, quamvis in secunda radicali Aoristi II. notentur Vocali *Fathha*, quae vero stat loco Kasra ob ultimam vel penultimam gutturalem; sunt autem: وَطِئَ *conculcavit*, وَضَعَ *posuit*, وَقَعَ *cecidit*, وَدَعَ *reposuit asservandum*, وَسِعَ *amplus fuit*, وَهَبَ *dedit*, يَذَرُ (cujus Aoristus I. non est in usu) *permittet*, et si quae sint alia.

II. In *Imperativo* Verba, quorum secunda radicalis in Aoristo II. ac Imperativo habet Fathha, per I. Convers. و mutant in ي; sic a وَجِلَ *timuit*, Aor. II. يَوْجَلُ, fit Imper. اِيْجَلْ pro اِوْجَلْ; Ddamma vero si sit in secunda radicali, nulla oritur mutatio, وَشُكَ *properavit*, Aor. II. يَوْشُكُ, Imper. اِوْشُكْ. 204

III.

III. Praeter *Infinitivum* regularem وَعْدٌ, qui his Verbis est communis, ideoque praestantior, formatur et alius formae 12. قِبْلَةٌ (§. 31. II.), sed و abjecta, عِدَةٌ.

IV. In *passiva* Voce propter mediam Fathha regularis est Aoristus II. يُوعَدُ; nec reliqua Tempora passiva, nec auctae Formae a communi flexione discedunt, sola Forma VIII. excepta, ubi و, per V. Convers. mutata in ت, cum ت characteristica per Schadda coalescit. Eodem modo per V. Convers.

B. Verba في

I. In Forma VIII. ي mutant in literam ت, cum ت characteristica contrahendam; erit itaque flexio Formae VIII. Verborum utriusque hujus generis in

Aor. I.	اتَّعَدَ	pro	اوْتَعَدَ	et a يَبِسَ *exaruit*	اتَّبَسَ	pro	ايْتَبَسَ
Aor. II.	يَتَّعِدُ		يَوْتَعِدُ		يَتَّبِسُ		يَيْتَبِسُ
Imper.	اتَّعِدْ		اوْتَعِدْ		اتَّبِسْ		ايْتَبِسْ
Infin.	اتِّعَادٌ		اوْتِعَادٌ		اتِّبَاسٌ		ايْتِبَاسٌ
Part.	مُتَّعِدٌ		مُوتَعِدٌ		مُتَّبِسٌ		مُيْتَبِسٌ

No-

Nota. Saepius tamen و et ي in Forma VIII. manent, se accommodantes ad proxime praecedentem Vocalem, ut

Aor. I. ايتعد pro اوتعد per I. Convers., et ايتبس

Aor. II. ياتعد ياتبس pro يوتعد يبتبس per exceptionem, conf. §. 45. A. I. Nota.

Imper. ايتعد pro اوتعد per I. Conv., et ايتبس

Infin. ايتعاد pro اوتعاد per I. Conv., et ايتباس

Part. موتعد et موتبس pro مبتبس per I. Conv.

II. Praeterea ubicunque prima radicalis ي post Ddamma sequitur absque Vocali, per I. Convers. in و transit; ita 1) in Imperativo Formae I. Verborum *sextae* Speciei (§. 28. II.), v. c. اوسر pro ايسر *dives esto*; et 2) in Aoristo II. et Participio activo, et in tota passiva Voce Formae IV., v. c. يوقظ pro يبقظ *expergefecit*, موقظ pro مبقظ, اوقظ pro ايقظ, يوقظ pro يبقظ, موقظ pro مبقظ. Ceterum Verba في communem sequuntur flexionem. 207

Nota a). In derivatis remotioribus 1) Nominibus *Instrumenti* Verborum فو mutatur و per I. Conv. in ي, ut ميزان pro موزان *bilanx*.

2) In Nominibus *Loci* vel *Temporis* Verborum et في et في nulla quidem mutatio est necessaria, verumtamen secunda radicalis, nulla prorsus ratione habita, ut in reliquis (§. 56. V.), Vocalis, quam Aoristus II. in secunda radi-

dicali habet, semper notatur per Kasra, sive omnia sunt formae مُفْعِلٌ, ut

الموعِد *locus vel tempus promissionis*	الموجِل *locus, quo timendum*
الموضِع *locus, quo quid ponitur*	الميسِر *locus tempusve ludendi*

b) Plurima sunt Verba فو, paucissima vero في, qua de re conf. *Jahn* Elemm. Aram. ling. §. 55. pag. 132.

§. 47. B. DE VERBO الأجوف ET عو ET عي.

Radices horum Verborum utriusque generis §. 44. II. B. semper communem exhibent secundam radicalem ا, ortam vero vel ex و vel ex ي. Utrum vero conversa sit ex و an ex ي, id primum jam cognoscitur ex Aoristo II., v. c. باعَ *vendidit*, Aor. II. يَبِيعُ; قامَ *stetit*, Aor. II. يَقُومُ; si tamen in Aoristo II. quoque eadem communis adpareat secunda radicalis ا, consulendus porro est Infinitivus, in quo vera media radicalis constanter adest, v. c. نامَ *dormivit*, Aor. II. يَنامُ, Inf. نَوْمٌ; هابَ *reveritus fuit*, Aor. II. يَهابُ, Inf. هَيْبَةٌ. Copiosorum utriusque generis Verborum anomaliae satis multae facilius ut intelligantur, praemittamus paradigmata Verborum قالَ pro قَوَلَ *dixit* et سارَ pro سَيَرَ *incessit* in *prima* et reliquis *quatuor* Formis,

mis, in quibus hujus generis Verba adhuc sunt irregularia, necessariis tandem adjectis observationibus.

Activum Formae I.

		Verborum عو		Verborum عي	
		Aoristus I.			
	P.	Masc.	Fem.	Masc	Fem.
Sing.	3.	قَالَ	قَالَتْ	سَارَ	سَارَتْ
	2.	قُلْتَ	قُلْتِ	سِرْتَ	سِرْتِ
	1.	قُلْتُ	comm.	سِرْتُ	comm.
Dual.	3.	قَالَا	قَالَتَا	سَارَا	سَارَتَا
	2.	قُلْتُمَا	comm.	سِرْتُمَا	comm.
Plur.	3	قَالُوا	قُلْنَ	سَارُوا	سِرْنَ
	2.	قُلْتُمْ	قُلْتُنَّ	سِرْتُمْ	سِرْتُنَّ
	1.	قُلْنَا	comm.	سِرْنَا	comm.

Aoristus II.

Sing.	3.	يَقُولُ	تَقُولُ	يَسِيرُ	تَسِيرُ
	2.	تَقُولُ	تَقُولِينَ	تَسِيرُ	تَسِيرِينَ
	1.	أَقُولُ	comm.	أَسِيرُ	comm.

3.

Aoristus. II.

	P.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
Dual.	3.	يَقُولَانِ	تَقُولَانِ	يَسِيرَانِ	تَسِيرَانِ
	2.	تَقُولَانِ	comm.	تَسِيرَانِ	comm.
Plur.	3.	يَقُولُونَ	يَقُلْنَ	يَسِيرُونَ	يَسِرْنَ
	2.	تَقُولُونَ	تَقُلْنَ	تَسِيرُونَ	تَسِرْنَ
	1.	نَقُولُ	comm.	نَسِيرُ	comm.

Imperativus.

	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
Sing.	قُلْ	قُولِي	سِرْ	سِيرِي
Dual.	قُولَا	comm.	سِيرَا	comm.
Plur.	قُولُوا	قُلْنَ	سِيرُوا	سِرْنَ

Participium.

Sing.	قَائِلٌ	قَائِلَةٌ	سَائِرٌ	سَائِرَةٌ

Infinitivus.

قَوْلٌ	سَيْرٌ

Pas-

Passivum Formae I.

Aoristus I.

	P.	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
Sing.	3.	قِيلَ	قِيلَتْ	سِيرَ	سِيرَتْ
	2.	قِلْتَ	قِلْتِ	سِرْتَ	سِرْتِ
	1.	قِلْتُ	comm.	سِرْتُ	comm.
Dual.	3.	قِيلَا	قِيلَتَا	سِيرَا	سِيرَتَا
	2.	قِلْتُمَا	comm.	سِرْتُمَا	comm.
Plur.	3.	قِيلُوا	قِلْنَ	سِيرُوا	سِرْنَ
	2.	قِلْتُمْ	قِلْتُنَّ	سِرْتُمْ	سِرْتُنَّ
	1.	قِلْنَا	comm.	سِرْنَا	comm.

Aoristus II.

Sing.	3.	يُقَالُ	تُقَالُ	يُسَارُ	تُسَارُ
	2.	تُقَالُ	تُقَالِينَ	تُسَارُ	تُسَارِينَ
	1.	أُقَالُ	comm.	أُسَارُ	comm.
Dual.	3.	يُقَالَانِ	تُقَالَانِ	يُسَارَانِ	تُسَارَانِ
	2.	تُقَالَانِ	comm.	تُسَارَانِ	comm.
Plur.	3.	يُقَالُونَ	يُقَلْنَ	يُسَارُونَ	يُسَرْنَ
	2.	تُقَالُونَ	تُقَلْنَ	تُسَارُونَ	تُسَرْنَ
	1.	نُقَالُ	comm.	نُسَارُ	comm.

Participium.

Sing.	مَقُولٌ	مَقُولَةٌ	مُسِيرٌ	مُسِيرَةٌ

Reliquae Formae irregulares.

In Activo.

Forma.	Aor. I.	Aor. II.	Imper.	Infin.	Part.
IV.	أَقَالَ	يُقِيلُ	أَقِلْ	إِقَالَةٌ	مُقِيلٌ
	أَسَارَ	يُسِيرُ	أَسِرْ	إِسَارَةٌ	مُسِيرٌ
VII.	إِنْقَالَ	يَنْقَالُ	إِنْقَلْ	إِنْقِيَالٌ	مُنْقَالٌ
	إِنْسَارَ	يَنْسَارُ	إِنْسَرْ	إِنْسِيَارٌ	مُنْسَارٌ
VIII.	إِقْتَالَ	يَقْتَالُ	إِقْتَلْ	إِقْتِيَالٌ	مُقْتَالٌ
	إِسْتَارَ	يَسْتَارُ	إِسْتَرْ	إِسْتِيَارٌ	مُسْتَارٌ
X.	إِسْتَقَالَ	يَسْتَقِيلُ	إِسْتَقِلْ	إِسْتِقَالَةٌ	مُسْتَقِيلٌ
	إِسْتَسَارَ	يَسْتَسِيرُ	إِسْتَسِرْ	إِسْتِسَارَةٌ	مُسْتَسِيرٌ

In Passivo.

	Aor. I.	Aor. II.	Particip.
IV.	أُقِيلَ أُسِيرَ	يُقَالُ يُسَارُ	مُقَالٌ مُسَارٌ
VII.	أُنْقِيلَ أُنْسِيرَ	يُنْقَالُ يُنْسَارُ	مُنْقَالٌ مُنْسَارٌ
VIII.	أُقْتِيلَ أُسْتِيرَ	يُقْتَالُ يُسْتَارُ	مُقْتَالٌ مُسْتَارٌ
X.	أُسْتُقِيلَ أُسْتُسِيرَ	يُسْتَقَالُ يُسْتَسَارُ	مُسْتَقَالٌ مُسْتَسَارٌ

Ob-

Observanda

A. Ad Aoristum I.

I. In *Formae I. activae* a) Personis *tertiis* (sola plurali feminina excepta) media و vel ي per II. Conv. in ا quiescens transit, qualicunque notetur Vocali: vel *Fathha*, ut supra in paradigmate; vel *Kasra*, ut خَافَ pro خَوِفَ *timuit*, هَابَتَا pro هَيِبَتَا *ambae timuerunt*; vel *Ddamma*, ut طَالُوا pro طَوَلُوا *longi fuerunt*; b) in reliquis autem Personis, in tertia nimirum plurali feminina, in tota secunda et prima quiescens infirma ا, pariter per III. Conv. ex وْ vel يْ orta, praeterea ante tertiam radicalem vacuam per I. Abject. excidit, notata prima radicali α) Verborum عو in signum mediae و expunctae per *Ddamma*, (Verbo *quartae Conjugationis* (§. 28. II.) excepto, in quo Kasra a secunda radicali in primam retrocedit, unde v. c. ex خَافَتْ pro خَوِفَتْ fit خِفْتُ); et β) Verborum عي in signum mediae ي expunctae per *Kasra*, v. c. قُلْتُ pro قَالَتْ ex قَوَلَتْ, سِرْتُ pro سَارَتْ ex سَيَرَتْ.

II. Ex *quatuor* irregularibus Formis *auctis* 210

a) In *activo* Aoristo I. a regulari flexione discedunt Formae VII. et VIII. per *priorem*, IV. et

X. per *posteriorem* partem II^dae Convers.; praeterea in IV. et VII. (prout in I.) Forma Persona tertia feminina pluralis, tota secunda et prima mediam radicalem per I. Abject. expungit.

b) In Aoristo I. *passivo* 1) media و Formarum: I., VII., VIII. et X. per VI. Convers. transit in ي, Vocali Kasra translata in primam radicalem, et media و Formae IV. curatur per posteriorem II^dae Convers. partem; sed media ي Formarum: I., IV., VII., VIII. et X. per I. Quietis caret sua Vocali, quae in primam radicalem remittitur, ut سِيرُ pro سِيرِ. Praeterea 2) media sive و sive ي in Persona tertia plurali feminina, in tota secunda et prima per I. Abject. expungitur, semper notata prima radicali Verborum et عو et عي per *Kasra;* solo itaque contextu activa et passiva Vox Formae I. Verborum عي discernitur.

B. Ad Aoristum II.

I. In toto *activo* Aoristo II. *Formae I.* Verborum et عو et عي

1) Si sint a) *primae* vel *secundae* Conjugationis i. e. فَتَحَ كَسَرَ vel فَتَحَ ضَمَّ (§. 28. II.), media و vel ي per I. Quietis curatur, translata Vocali utriusque in primam radicalem vacuam, v. c. يَصُونُ

pro

pro يَصُونُ *custodit* (a صَانَ pro صَوَنَ), يَطُولُ pro يَطْوُلُ *longus est* (a طَالَ pro طَوُلَ), يَزِينُ pro يُزَيِّنُ *ornat* (a زَانَ pro زَيَّنَ); si vero b) sint *tertiae* vel *quartae* Conjugationis, i. e. فَتْحَتَانِ vel كَسْرٌ فَتْحٌ (§. 28. II.), media و vel ي mutatur per alteram II^dae Conv. partem in literam, suae Vocali homogeneam, quiescentem, translata Vocali ad primam radicalem vacuam, v. c. يَخَافُ pro يَخْوَفُ *timet* (a خَافَ pro خَوِفَ) et يَهَابُ pro يَهْيَبُ *reveretur* (a هَابَ pro هَيِبَ). Praeterea

2) In Personis pluralibus femininis, quum tertia radicalis sit destituta Vocali, atque in iis Aoristi II. apocopati Personis, quae pariter in tertiam radicalem vacuam exeunt, secunda radicalis و vel ي per I. Abject. semper expungitur, v. c. يَصُنَّ per concentrationem pro يَصْنُنَ, et hoc pro يَصُونَنَ; يَزِنَّ per concentrat. pro يَزْنِنَ, et hoc pro يَزِينَنَ; يَخَفْنَ pro يَخَافْنَ; يَهَبْنَ pro يَهَابْنَ; ita et in

Aoristo II. apocopato

	Verborum عو		Verborum عي	
	Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
Sing. 3.	يَقُلْ	تَقُلْ	يَسِرْ	تَسِرْ
Sing. 2.	تَقُلْ	تَقُولِي	تَسِرْ	تَسِيرِي
Sing. 1.	أَقُلْ comm.		أَسِرْ comm.	

Aoristo II. apocopato

		Verborum عو		Verborum عي	
		Masc.	Fem.	Masc.	Fem.
Dual.	3.	يَقُولاَ	تَقُولاَ	يَسِيرَا	تَسِيرَا
	2.	تَقُولاَ comm.		تَسِيرَا comm.	
Plural.	3.	يَقُلْنَ	يَقُولُوا	يَسِرْنَ	يَسِيرُوا
	2.	تَقُلْنَ	تَقُولُوا	تَسِرْنَ	تَسِيرُوا
	1.	نَقُلْ comm.		نَسِرْ comm.	

II. Ex *quatuor* irregularibus Formis auctis

1) In toto Aoristo II. *activo* curantur *a)* Formae VII. et VIII. Verborum et عو et عي per priorem II^dae Conv. partem; *b)* Formae IV. et X. Verborum عو per posteriorem II^dae Conv. partem, Verborum عي per I. Quietis.

2) In toto vero *passivo* Aoristo II. *primae* et *quatuor* reliquarum Formarum media و vel ي *a)* per posteriorem secundae Conv. partem in ا quiescens transit, quo facto passivus Aoristus II et *primae* et *quartae* Formae solo contextu discernitur. Praeterea *b)* in Personis pluralibus femininis, vel in iis Aoristi II. apocopati Personis, in quibus tertia radicalis Dschezma recipit, illud ا quiescens per I. Abject. excidit.

C.

C. Ad Imperativum.

In *Imperativi* et *Prohibitivi primae* et *quatuor* reliquarum Formarum Persona *secunda* feminina singulari, ac masculina et duali et plurali, atque in toto Imperativo *paragogico* Verborum et عو et عي mutatio fit prout in Aoristo II. activo Formae I. (conf. supra *B.* I. 1. a et b.), quo facto أ prostheticum fit supervacaneum. Praeter hanc mutationem in Persona secunda et singulari masculina et plurali feminina locum habet I. Abjectionis.

D. Ad Participium.

I. In *activa Forma* I. media و vel ي per IV. Conv. fit Hamza, quae porro per II. Hamzae §. 42. tractatur; و itaque convertitur in ي.

II. In *passiva Forma* I. a) media و per I. Quietis remittit suam Vocalem ad primam radicalem, quo in casu una duarum quiescentium و per I Abject. excidit, ut مَقُولٌ pro مَقْوُولٌ, et hoc pro مَقْوُولٌ; exceptis tribus Participiis مَصُونٌ *custoditus*, مَدُونٌ *contemtus*, مَقُودٌ *ductus*, quae utroque modo formantur; b) media vero ي, rejecta quidem per alteram II^dae Conv. partem Vocali sua Ddamma ad primam radicalem, tamen per ex-

ce-

ceptionem se non accommodat ad Ddamma, sed potius, servata litera ي jure radicis, mutat Vocalem Ddamma in sibi homogeneam Kasra, expuncta simul per I. Abject. و servili hujus Participii; ergo pro مسيور fit مسيور, inde مسير. Apud probatos vero scriptores, maxime poetas, tale Participium regulari quoque modo occurrit, ut مبيوع *venditus*, مخيوط *consutus*, مكيول *mensuratus*, cet.

III. Ex *quatuor* Formis auctis *activis* Participium a) Formae VII. et VIII. Verborum et عو et عي per priorem II^dae Conv., b) Formae IV. et X. Verborum عو per posteriorem II^dae Conv. partem, Verborum عي per I. Quietis absolvitur.

IV. *Passivum* denique Participium Verborum عو et عي a) Formae VII. et VIII. per priorem II^dae Conv., b) Formae IV. et X. per alteram II^dae Conv. partem curatur; passivum itaque Participium ab activo in Forma VII. et VIII. sola serie contexta distinguitur.

E. Ad Infinitivum.

I. Irregularis est Infinitivus Formae IV. et X. Verborum عو et عي, cujus و vel ي per posteriorem II^dae Conv. partem fit ا quiescens, Vocali nimi-

mirum translata in primam radicalem, quo facto ا servile Infinitivi per I. Abject. excidit, in cujus quasi compensationem in fine solet accedere ة; ergo v. c. pro إِتْوَالٌ, إِسْتِطْيَابٌ fit إِقَالَةٌ, إِسْتِطَابَةٌ.

II. Irregularis est Infinitivus Formae VII. et VIII. Verborum عو, cujus و proxime praecedente Kasra prout in Nominibus (§. 45. C. Nota 3.) in ي transit.

Nota 1) In reliquis Formis: II., III., V., VI., IX., XI., XII. et XIII. flexio omnino regularis est, nec in Forma IX. pro إِعْوَرَّ v. c. *luscus fuit* per alteram IIdae Conv. partem dici potest إِعَارَّ, ne duae concurrant literae absque Vocali.

2) Remotiorum derivatorum a) Nomina *Loci* vel *Temporis* Verborum عو et عي curantur aut per alteram IIdae Conv. partem, si in Aoristo II. secunda radicalis habet Fathha vel Ddamma; aut per I. Quietis, illa si notatur per Kasra, ut أَلْمَقَامُ ex يَقُومُ, أَلْمَهَابُ ex يَهِيبُ, أَلْمَبِيتُ ex يَبِيتُ. b) Nomina vero *Instrumenti* per exceptionem non mutantur; manet ergo v. c. مِقْوَدٌ *habena*, مَبِيعٌ *instrumentum vendendi*, libra v. c. Nec c) mutantur Formae *Comparativi* أَقْبَلُ et *admirandi* مَا أَفْعَلَ Verborum عو et عي, ut, relicta secunda radicali, facilius possint agnosci; dicitur ergo v. c. أَطْوَلُ *longior*, (non أَطَالُ); أَهْيَبُ *reverentia dignior*, (non أَهَابُ); مَا أَطْوَلَهُ (non أَطَالَهُ) *quam longus est*! مَا أَهْيَبَهُ (non أَهَابَهُ) *quam reverendus*!

3)

3) Sunt Verba, quorum secunda radicalis و vel ي nunquam quiescat, sed Vocali quadam notetur, v. c. عَوِرَ *monoculus fuit*, صَيِدَ *venatus est*, quorum itaque flexio, ut in Verbis Hebraicis et Aramaicis mediae *Wau* vel *Je motae*, ubique est regularis. Sunt quoque, quorum media و vel ي in Forma I. quidem quiescat, quae ergo est irregularis, in auctis vero Formis jam quiescat, jam moveatur, seu modo irregularis, modo regularis sit; v. c. رَاحَ (pro رَوَحَ) *vesperi ivit* vel *fecit*, غَامَ (pro غَيَمَ) *nubilosum fuit coelum*, in IV. أَرْوَحَ et أَرَاحَ, أَغْيَمَ et أَغَامَ; جَابَ (pro جَوَبَ) *secuit*, in X. إِسْتَجْوَبَ et إِسْتَجَابَ; صَابَ (pro صَوَبَ) *recte incessit*, in X. إِسْتَصْوَبَ et إِسْتَصَابَ.

4) Nullam denique habere jam potest difficultatem flexio Verborum mediae أ, si أ in Verbis *tertiae* Conjugationis sive فَتْحَتَانِ transeant in Alef, quo facto concavum oritur Verbum, atque erit v. c. سَأَلَ, يَسْأَلُ, سَلْ, cet.; conf. §. 43. B. Nota 2.

§. 48. C. DE VERBO أَلنَّاقِصِ ET لو ET لي.

Horum quoque Verborum et لو et لي (§. 44. II. c.) varias pro diversa, quae in secunda radicali obtinet, Vocali anomalias primum ope paradigmatum in Verbis et لو: غَزَا pro غَزَوَ *pugnavit*, رَضِيَ pro رَضِوَ *contentus fuit*, et لي: رَمَى pro رَمَيَ *jecit*, خَشِيَ *timuit* exhibebimus, et necessariis postea observationibus illustrabimus.

I.

I. Verba لو

In Activo Formae I.

Aoristus I.

	Pers.	Masc.		Fem.	
Sing.	3.	غَزَا	رَضِيَ	غَزَتْ	رَضِيَتْ
	2.	غَزَوْتَ	رَضِيتَ	غَزَوْتِ	رَضِيتِ
	1.		رَضِيتُ غَزَوْتُ	comm.	
Dual.	3.	غَزَوَا	رَضِيَا	غَزَتَا	رَضِيَتَا
	2.		رَضِيتُمَا غَزَوْتُمَا	comm.	
Plur.	3.	غَزَوْا	رَضُوا	غَزَوْنَ	رَضِينَ
	2.	غَزَوْتُمْ	رَضِيتُمْ	غَزَوْتُنَّ	رَضِيتُنَّ
	1.		رَضِينَا غَزَوْنَا	comm.	

Aoristus II.

Sing.	3.	يَغْزُو	يَرْضَي	تَغْزُو	تَرْضَي
	2.	تَغْزُو	تَرْضَي	تَغْزِينَ	تَرْضَيْنَ
	1.		أَرْضَي أَغْزُو	comm.	
Dual.	3.	يَغْزُوَانِ	يَرْضَيَانِ	تَغْزُوَانِ	تَرْضَيَانِ
	2.		تَرْضَيَانِ تَغْزُوَانِ	comm.	

Plur.

	Pers.	Masc.		Fem.	
Plur.	3.	يَغْزُونَ	يَرْضَوْنَ	يَغْزُونَ	يَرْضَيْنَ
	2.	تَغْزُونَ	تَرْضَوْنَ	تَغْزُونَ	تَرْضَيْنَ
	1.	نَغْزُو	نَرْضَي	comm.	

Imperativus.

Sing.	اُغْزُ	إِرْضَ	اُغْزِي	إِرْضَيْ
Dual.	اُغْزُوا	إِرْضَيَا	comm.	
Plur.	اُغْزُوا	إِرْضَوْا	اُغْزُونَ	إِرْضَيْنَ

Participium.

Sing.	غَازٍ	رَاضٍ	غَازِيَةٌ	رَاضِيَةٌ
Dual.	غَازِيَانِ	رَاضِيَانِ	غَازِيَتَانِ	رَاضِيَتَانِ
Plur.	غَازُونَ	رَاضُونَ	غَازِيَاتٌ	رَاضِيَاتٌ

In Passivo Formae I.

Aoristus I.

Sing.	3.	غُزِيَ	رُضِيَ	غُزِيَتْ	رُضِيَتْ
	2.	غُزِيتَ	رُضِيتَ	غُزِيتِ	رُضِيتِ
	1.	غُزِيتُ	رُضِيتُ	comm.	
Dual.	3.	غُزِيَا	رُضِيَا	غُزِيَتَا	رُضِيَتَا
	2.	غُزِيتُمَا	رُضِيتُمَا	comm.	

Plur.

	Pers.	Masc.		Fem.	
Plur.	3.	غزوا	رضوا	غزين	رضين
	2.	غزيتم	رضيتم	غزيتن	رضيتن
	1.	غزينا	رضينا	comm.	

Aoristus II.

Sing.	3.	يغزي	يرضي	تغزي	ترضي
	2.	تغزي	ترضي	تغزين	ترضين
	1.	اغزي	ارضي	comm.	
Dual.	3.	يغزيان	يرضيان	تغزيان	ترضيان
	2.	تغزيان	ترضيان	comm.	
Plur.	3.	يغزون	يرضون	يغزين	يرضين
	2.	تغزون	ترضون	تغزين	ترضين
	1.	نغزي	نرضي	comm.	

Participium.

مرضو مغزو

II. Verba لي

In Activo Formae I.

Aoristus I.

		Masc.		Fem.	
Sing.	3.	رمي	خشي	رمت	خشيت
	2.	رميت	خشيت	رميت	خشيت
	1.	رميت	خشيت	comm.	

	Pers.	Masc.		Fem.	
Dual.	3.	رَمَيَا	خَشِيَا	رَمَتَا	خَشِيَتَا
	2.	رَمَيْتُمَا	خَشِيتُمَا	comm.	
Plur.	3.	رَمَوْا	خَشُوا	رَمَيْنَ	خَشِينَ
	2.	رَمَيْتُمْ	خَشِيتُمْ	رَمَيْتُنَّ	خَشِيتُنَّ
	1.	رَمَيْنَا	خَشِينَا	comm.	

Aoristus II.

Sing.	3.	يَرْمِي	يَخْشَى	تَرْمِي	تَخْشَى
	2.	تَرْمِي	تَخْشَى	تَرْمِينَ	تَخْشَيْنَ
	1.	أَرْمِي	أَخْشَى	comm.	
Dual.	3.	يَرْمِيَانِ	يَخْشَيَانِ	تَرْمِيَانِ	تَخْشَيَانِ
	2.	تَرْمِيَانِ	تَخْشَيَانِ	comm.	
Plur.	3.	يَرْمُونَ	يَخْشَوْنَ	يَرْمِينَ	يَخْشَيْنَ
	2.	تَرْمُونَ	تَخْشَوْنَ	تَرْمِينَ	تَخْشَيْنَ
	1.	نَرْمِي	نَخْشَى	comm.	

Imperativus.

Sing.	إِرْمِ	إِخْشَ	إِرْمِي	إِخْشَيْ
Dual.	إِرْمِيَا	إِخْشَيَا	comm.	
Plur.	إِرْمُوا	إِخْشَوْا	إِرْمِينَ	إِخْشَيْنَ

Par-

Participium.

	Masc.		Fem.	
Sing.	رَامٍ	خَاشٍ	رَامِيَةٌ	خَاشِيَةٌ
Dual.	رَامِيَانِ	خَاشِيَانِ	رَامِيَتَانِ	خَاشِيَتَانِ
Plur.	رَامُونَ	خَاشُونَ	رَامِيَاتٌ	خَاشِيَاتٌ

In Passivo Formae I.

Aoristus I.

Pers.				
Sing. 3.	رُمِيَ	خُشِيَ	رُمِيَتْ	خُشِيَتْ
Sing. 2.	رُمِيتَ	خُشِيتَ	رُمِيتِ	خُشِيتِ
Sing. 1.	رُمِيتُ	خُشِيتُ	comm.	
Dual. 3.	رُمِيَا	خُشِيَا	رُمِيَتَا	خُشِيَتَا
Dual. 2.	رُمِيتُمَا	خُشِيتُمَا	comm.	
Plur. 3.	رُمُوا	خُشُوا	رُمِينَ	خُشِينَ
Plur. 2.	رُمِيتُمْ	خُشِيتُمْ	رُمِيتُنَّ	خُشِيتُنَّ
Plur. 1.	رُمِينَا	خُشِينَا	comm.	

Aoristus II.

Sing. 3.	يُرْمَى	يُخْشَى	تُرْمَى	تُخْشَى
Sing. 2.	تُرْمَى	تُخْشَى	تُرْمَيْنَ	تُخْشَيْنَ
Sing. 1.	أُرْمَى	أُخْشَى	comm.	

يرميان

	P.	Masc.		Fem.	
Dual.	3.	يرميانِ	يخشيانِ	ترميانِ	تخشيانِ
	2.	ترميانِ	تخشيانِ	comm.	
Plur.	3.	يرمون	يخشون	يرمين	يخشين
	2.	ترمون	تخشون	ترمين	تخشين
	1.	نرمي	نخشي	comm.	

Participium.

مرمي مخشي

III. Formae auctae Verborum et لو et لي.

Form.	In Activo. Aor. I.	Aor. II.	Part.	In Passivo. Aor. I.	Aor. II.	Part.
II.	غزّي	يغزّي	مغزّ	غزّي	يغزّي	مغزّي
	رمّي	يرمّي	مرمّ	رمّي	يرمّي	مرمّي
III.	غازي	يغازي	مغاز	غوزي	يغازي	مغازي
	رامي	يرامي	مرام	رومي	يرامي	مرامي
IV.	أغزي	يغزي	مغز	أغزي	يغزي	مغزي
	أرمي	يرمي	مرم	أرمي	يرمي	مرمي
V.	تغزّي	يتغزّي	متغزّ	تغزّي	يتغزّي	متغزّي
	ترمّي	يترمّي	مترمّ	ترمّي	يترمّي	مترمّي

et sic in reliquis Formis.

Ob-

Observanda

A. Ad Aoristum I.

I. In *activi* Aoristi I. flexione adhibendae sunt 1) regulae Conversionis in *tribus*, et 2) regulae Abjectionis in *duobus* locis.

10) In mutilatis tertia radicali و vel ي, quin facta fuerit compensatio, haec و vel ي restituitur; si vero alio modo fuerit compensata, non redit nisi rarius, ut أَبَوِيّ *paternus* ab أَبٌ pro أَبْوٌ; أَخَوِيّ *fraternus* ab أَخٌ pro أَخْوٌ; sed إِسْمِيّ (rarius: سَمَوِيّ) *nominalis* ab إِسْمٌ pro سَمْوٌ; إِبْنِيّ (rarius: بَنَوِيّ) ab إِبْنٌ *filius* pro بَنْوٌ. Compensata denique si fuerit per ة finale, hoc abjecto semper radicalis redit, ut لُغَوِيّ *lexicographus* a لُغَةٌ *lingua* radicis لَغَا *loquutus fuit*.

11) Denominativis, sensu metaphorico sumtis, loco يّ — additur انِيّ —, ut جُسْمَانِيّ *corporalis* a جِسْمٌ *corpus*; رُوحَانِيّ *spiritualis* a رُوحٌ *spiritus*.

12) A Numero duali vel plurali sive sano sive fracto Adjectiva ejusmodi nequeunt formari, quare forma Numeri singularis substituitur, ut شَرْعِيّ *legum peritus* non a plur. شَرَائِعُ, sed a sing. شَرِيعَةٌ *lex* (coll. supra 1 et 3.); exceptis, sectam, professionem vel artem designantibus, quae formantur a Plurali et fracto, et sano feminino, ut صِفَاتِيّ

Se-

Sefatius sive *sectam sequutus eorum, qui in Deo attributa essentiae distincta statuunt*, a plur. صِفَات Nominis صِفَة *attributum*; كُتُبِيّ *librarius* a plur. كُتُب Nominis كِتَاب; سَاعَاتِيّ *horologiarius opifex*, a plur. سَاعَات Nominis سَاعَة *horologium*.

Nota. Femininum denominativorum non raro instar Neutrius Latinorum vices gerit Substantivi, atque fere semper in abstracto significat qualitatem Adjectivi sui, ut جَمْعِيَّة *qualitas Nominis, pro qua est Numeri pluralis*, a جَمْعِيّ *ad Pluralem pertinens*; كَمِّيَّة *quantitas* a كَمّ *quantus*.

§. 58. DE GENERE NOMINUM.

Genus (triplex in Nominibus, ut in Verbis: masculinum, femininum et commune) in solis femininis Nominibus vel ex *significatu* vel ex *terminatione* certo agnoscitur; quibus tamen pauca accedunt, solo usu feminina; notas itaque femininorum qui sciverit, reliquorum quoque Genus tenet. Sunt autem

I. *Feminina* 1) ex *significatione* a) Nomina mulierum, et quae solis mulieribus conveniunt, ut مَرْيَم *Maria*, أُمّ *mater*, أُخْت *soror*, عَرُوس *sponsa*, حَامِل *utero praegnans*.

b) Nomina regionum et urbium, quum sub ima-

imagine mulierum cogitentur, ut مِصْرُ *Aegyptus*, بَغْدَادُ *Bagdad*.

c) Nomina geminorum membrorum, quum, instar feminarum in Oriente, inferiora putarentur et ignobiliora iis, quorum unicum tantum habemus, v. c. عَيْنٌ *oculus*, ثَدْيٌ *pectus*, رِجْلٌ *pes*, سَاقٌ *crus*, عَقِبٌ *calx pedis*, قَرْنٌ *cornu*, أُذُنٌ *auris*, يَدٌ *manus*, rel.

2) Ex *terminatione a*) terminata ة, (excepto ة Generis communis in Adjectivis verbalibus §. 57. *A*. III. et notissimo illo خَلِيفَةٌ *successor*), cujus Generis omnium sunt plurima, v. c. جَنَّةٌ *hortus*, نَاصِرَةٌ *adjutrix*, حَسَنَةٌ *pulchra*.

b) Terminata servili *Alef contracto* sive *brevi* أَلِفٌ مَقْصُورٌ i. e. ي servili, in fine instar Alef (§. 45. *A*. II. 1.) quiescente, ut ذِكْرَى *memoria*, حُبْلَى *praegnans*, أُولَى *prima*:

c) Terminata servili *Alef extenso* أَلِفٌ مَمْدُودٌ i. e. Madda adfecto, ut عَذْرَاءُ *virgo*; صَحْرَاءُ *desertum*, حَمْرَاءُ *rubra*.

3) *Usu* denique feminina sunt fere sequentia:

أَرْضٌ *terra*	أُسْتٌ *fundamentum*
أَرْنَبٌ *lepus*	أُصْبُعٌ *digitus*

افعي

أفعى	*vipera*	شمس	*sol*
بئر	*puteus*	ضبع	*hyaena*
ثعلب	*vulpes*	ضرب	*ictus*
جحيم	*infernum*	عروض	*pedum in carmine mensura*
جهنم	*infernum*	عصا	*baculus*
حرب	*bellum*	عقرب	*scorpio*
خمر	*vinum*	عنكبوت	*aranea*
دار	*domus*	عين	*fons*
درع	*lorica ferr.*	فأس	*securis*
دلو	*situla*	فردوس	*hortus*
دنيا	*mundus*	فرس	*equus*
ذهب	*aurum*	فلك	*navis*
رحى	*mola*	فهر	*mortarium*
ريح	*ventus*	فول	*faba*
سراويل	*femoralia*	قوس	*arcus*
سقر	*infernum*	كأس	*poculum*
سن	*aetas*	كبد	*jecur*
شعير	*hordeum*	كرش	*ventriculus*
شمال	*sinistra manus*	لظى	*ignis inferni*

مِلْحٌ *sal*	نَفْسٌ *anima*
مَنْجَنِيقٌ *machina bellica*	وَرِكٌ *coxa*
مُوسًى *novacula*	يَمِينٌ *jusjurandum*
نَارٌ *ignis*	يَنْبُوعٌ *scaturigo.*
نَعْلٌ *solea, calceus*	

II. *Masculina* ergo sunt Nomina reliqua, quae non sunt secundum notas praecedentes feminina, ut خُبْزٌ *panis*, لَحْمٌ *caro*, قَمَرٌ *luna*, cet. Per exceptionem tamen ab his femininis et masculinis sunt

III. *Communis* Generis: a) Nomina literarum أَلِفٌ, rel., quae tamen frequentius ut feminina tractantur.

b) Adjectiva verbalia formarum: فَعِيلٌ (sensu passivo) et فَعُولٌ (sensu activo), cf. §. 57. A. II. 1.; فَعَّالَةٌ, مِفْعِيلٌ, فُعَلَةٌ, فَاعِلَةٌ, فَعُولَةٌ (§. 57. A. III.).

c) Numeralia distributiva formarum فُعَالُ, مَفْعَلُ et مُفَعَّلُ, cf. §. 64. III.

d) Terminatio Numeri *Dualis* §. 60. II.

e) Quaedam ipso usu sunt communia:

أَرْضٌ *terra*	رَحِمٌ *uterus*	طَرِيقٌ *via*
حَالٌ *status*	سَبِيلٌ *semita*	عُنُقٌ *cervix*

سلطان

سُلْطَانٌ *potestas* سِكِّينٌ *culter* لِسَانٌ *lingua*

سِلْمٌ, سَلْمٌ *pax* سِلَاحٌ *arma* لَيْثٌ *leo*

قِدْرٌ *lebes* سَمَاءٌ *coelum* مِسْكٌ *muscus*

قَفًا *postica* ضُحًى *illustris pars diei*

pars cervicis

Nota. Arabes ut omnes Semitae *neutro* carent Genere, cujus loco plerumque femininum substituitur.

§. 59. DE MOTIONE NOMINUM.

Motio sive conversio masculini Nominis in femininum vario fit modo:

I. Frequentissimus modus, adjecta nimirum terminatione feminina ـَةٌ, locum habet in omnibus Participiis, in plerisque Adjectivis et verbalibus, (quae propterea quoque ut propter Numerum pluralem *sanum assimilata* dicuntur Participiis §. 57. A. II.) et denominativis, atque in Substantivis, inprimis quae indicant res, sexum habentes, v. c. نَاصِرَةٌ *adjutrix*, مَنْصُورَةٌ *erecta*, حَسَنَةٌ *pulchra*, كَبِيرَةٌ *magna*, رَسُولَةٌ *missa*, رَجُلَةٌ *mulier*, مَالِكَةٌ *regina*.

II. Adjectiva vero verbalia formae أَفْعَلُ, si talis forma denotet *colorem* vel *deformitatem* (§. 57. A. II.), sunt femininae formae فَعْلَاءُ, v. c.

أَحْمَر *ruber*, حَمْرَاء *rubra*; eadem vero forma si *Comparativum* vel *Superlativum* exprimat (§. 57. A. IV.), femininum format فُعْلَى, v. c. أَحْسَن *pulchrior* vel *pulcherrimus*, حُسْنَى *pulchrior* vel *pulcherrima*; أَوَّل (pro أَوْعَل) *primus*, أُولَى *prima*.

Nota. Huc refer as آخَر (pro أَأْخَر) *alius*, أُخْرَى *alia*. أَحَد *unus* singulari modo format إِحْدَى *una*.

III. Adjectivorum formae فَعْلَان (§. 57. A. II.) femininum Genus est فَعْلَى, ut سَكْرَان *ebrius*, سَكْرَى *ebria*; Adjectiva vero formarum فَعْلَان et فُعْلَان (§. 57. A. II.), in feminino adsciscunt ة ـَ, v. c. عُرْيَان *nudus*, عُرْيَانَة *nuda*; رُكْبَان *equitans*, fem. رُكْبَانَة.

§. 60. DE NUMERO NOMINUM.

I. *Singularis* Numerus et unitatem individui et collectionem plurium aut ejusdem speciei aut partium homogenearum (§. 56. IV.) designat. Ab hoc formatur

II. *Dualis*, addita terminatione Generis communis انِ ـَ in Casu recto, يْنِ ـَ in Casibus obliquis, ad Numerum singularem, cujus tamen Nunnatio perit in utroque Genere, ة vero feminini Generis scribitur ت (cf. §. 2. III. sub ة),

ut

ut كِتَابَانِ in recto, كِتَابَيْنِ in obliquis, a Sing. كِتَابٌ *liber*; أُمَّتَانِ et أُمَّتَيْنِ a Sing. أُمَّةٌ *populus*.

Nota. 1) Tertia radicalis و vel ي, in aliam conversa, semper redit in Duali, excepta و, quae per VII. Conv. in ي transiverat; sic ab عَصًا pro عَصَوٌ *baculus* fit عَصَوَانِ, et a فَتًى pro فَتَيٌ *adolescens* فَتَيَانِ; sed a مَرْضًى pro مَرْضَوٌ *acceptus* fit مَرْضَيَانِ, non مَرْضَوَانِ.

2) Tertia أ a) *radicalis*, in Duali servatur, v. c. قَرَآءٌ pro قَرَأَ *bene legens* facit قَرَاءَانِ in Duali; sed b) orta ex و vel ي per IV. Conv., in Duali ex feminina terminatione آءٌ — (§. 58. I. 2. c.) in و mutatur, ex terminatione autem آءٌ — vel manet vel pariter in و transit; ut حَمْرَآءُ *rubra*, in Duali: حَمْرَاوَانِ; رِدَآءٌ pro رِدَاءٌ *pallium*, رِدَاءَانِ vel رِدَاوَانِ.

3) Tertia ي, ob Nunnationem per II. Quietis abjecta, in Duali restituitur, ut رَامٍ pro رَامِيٌ, in Duali: رَامِيَانِ; tertia vero و, in nonnullis suppressa Nominibus, tantum redit, si non compensata fuerit; sic أَبٌ pro أَبَوٌ *pater* habet أَبَوَانِ; (يَدٌ tamen, pro يَدَيٌ *manus*, facit يَدَانِ); إِسْمٌ pro سِمَوٌ *nomen* إِسْمَانِ; إِبْنٌ pro بِنَوٌ *filius* إِبْنَانِ; لُغَةٌ pro لُغَوٌ *sermo* لُغَتَانِ.

III. *Pluralis* ab eodem formatur Singulari, duplici tamen modo: vel *perfecto*, si et literae et

Vo-

Vocales Numeri singularis immutatae servantur, qui Pluralis dicitur *perfectus* جَمْعٌ صَحِيحٌ sive *sanus* سَالِمٌ; vel *imperfecto*, si vel literarum vel Vocalium quaedam fit mutatio, et sic forma Singularis quasi *frangitur*, quare Pluralis ipse vocatur *fractus* مُكَسَّرٌ.

A. De Plurali *Sano.*

I. *Sanus* oritur 1) in *masculinis* Nominibus, et determinatis per Articulum et indeterminatis, adjecta loco Nunnationis terminatione ـُونَ in Casu recto, ـِينَ in Casibus obliquis; 2) in *feminini*s vero Nominibus vel a) mutata Numeri singularis terminatione aut *indeterminata* ـَةٌ ـَ in ـَاتٌ ـَ pro Casu recto, in ـَاتٍ ـَ pro Casibus obliquis; aut *determinata* ـَةُ ـَ in ـَاتُ ـَ pro Casu recto, in ـَاتِ ـَ pro Cas. obliquis; vel b) addito ad reliqua feminina, ـَةٌ non terminata, ـَاتٌ ـَ vel ـَاتُ ـَ pro Casu recto, ـَاتٍ ـَ vel ـَاتِ ـَ pro obliquis Casibus. Format itaque v. c. نَاصِرٌ vel اَلنَّاصِرُ Pluralem sanum نَاصِرُونَ vel اَلنَّاصِرُونَ pro recto, نَاصِرِينَ vel اَلنَّاصِرِينَ pro obliquis; نَاصِرَةٌ vel اَلنَّاصِرَةُ autem نَاصِرَاتٌ vel اَلنَّاصِرَاتُ pro recto, نَاصِرَاتٍ

vel

vel النَّاصِرَاتِ pro obliquis; مَرْيَمُ *Maria* مَرْيَاتٌ pro recto, مَرْيَاتٍ pro obliquis.

Nota. 1) Tertia radicalis و vel ي in Plurali sano masculino per II. Abject. excidit, ut غَازُونَ pro غَازِيُونَ, et hoc pro غَازِوُونَ a غُزًا; مَرْتُونَ pro مَرْتِيُونَ a رَمْيٌ; مُوسُونَ pro مُوسِيُونَ a Sing. مُوسِي *Moses*.

2) Per exceptionem *Substantiva feminina* a) formae فَعْلٌ vel فَعْلَةٌ in secunda litera vacua adsciscunt Fathha, v. c. دَعْدٌ, Nomen proprium feminae, format Pluralem دَعَدَاتٌ, et قَصْعَةٌ *scutella* قَصَعَاتٌ; b) formae فُعْلٌ vel فُعْلَةٌ in secunda vacua, quae et servari potest, saepe notantur per Fathha vel Ddamma, v. c. ظُلْمَةٌ *tenebrae* fit ظُلُمَاتٌ, ظُلَمَاتٌ et ظُلْمَاتٌ; c) formae فِعْلٌ vel فِعْلَةٌ in secunda radicali praeter Dschezma recipiunt et Kasra et Fathha, sic سِدْرَةٌ *latus* habet سِدْرَاتٌ, سِدِرَاتٌ et سِدَرَاتٌ.

3) Tertia radicalis و vel ي, in Singulari mutata et quiescens, in Plurali feminino una cum sua Vocali redit, v. c. صَلَاةٌ (sive صَلْوَةٌ, cf. §. 6. II. 3.) pro صَلْوَةٌ *precatio* format صَلَوَاتٌ; مَرْمَاةٌ pro مَرْمِيَةٌ *projecta*, مَرْمَيَاتٌ.

4) Ultima ا femininorum tractatur ut in Duali (supra II. 2.); radicalis nimirum remanet, ut قِرَاءَةٌ *lectio* قِرَاءَاتٌ; orta ex و vel ي per IV. Conv. vel servatur, vel in و transit, ut سَمَاءٌ

pro

pro سَمَاوٌ *coelum*, سَمَوَاتٌ; سَقَاوَةٌ pro سَقَّاوَةٌ *aquam deferens* سَقَاوَاتٌ vel سَقَّاوَاتٌ.

II. *Sanum* vero Pluralem format minima Nominum pars; nimirum

1) *Masculinum* a) Participia omnia; b) Adjectiva verbalia (assimilata propterea dicuntur Participio), quae femininum gignunt adjecto ة; c) Adjectiva formae Comparativi أَفْعَلُ, si absolute usurpentur Adjectivorum instar in sensu Superlativi (§. 93. I. 2. b.); d) Nomina propria hominum cum suis deminutivis; e) Numeralia Cardinalia a 20 — 90. f) Adpellativa formarum *Pluralis multitudinis* (cf. infra B. *α*. Nota 2.) in suis deminutivis §. 56. VIII. 6.; g) Adpellativa quaedam: عَالَمٌ *mundus* عَالَمُونَ; إِبْنٌ pro بَنُو *filius* بَنُونَ; أَهْلٌ *domesticus* أَهْلُونَ; أَرْضٌ *terra* أَرْضُونَ; ذُو *possessor* ذُوُونَ; أَبٌ *pater* أَبُونَ; أَخٌ *frater* أَخُونَ; حَمٌ *socer* حَمُونَ; فَمٌ *os* فَمُونَ, et si quae sint alia; denique h) Feminina quaedam per ة, praecipue quorum tertia radicalis و, ي vel ة suppressa per ة finale compensatur, ut سَنَةٌ (pro سَنَهَةٌ) *annus* سَنُونَ; بَرَةٌ (pro بَرَوَةٌ) *annulus* بَرُونَ; كُرَةٌ (pro كُرَهَةٌ) *globus* كُرُونَ; عِضَةٌ (pro عِضَهَةٌ) *frutex spinosus* عِضُونَ.

2)

2) *Femininum* a) Participia omnia et Adjectiva, quae masculinum Pluralem sanum recipiunt (supra 1. a. b. c.); b) Nomina propria feminarum; c) Adpellativa formarum *Pluralis multitudinis* (infra B. α. Nota 2.) in deminutivis suis, ut masculina supra 1. f.; d) Nomina *actionis* (§. 56. I.) feminina per ة (§. 31. II.), nec non a Formis auctis derivata, v. c. تَعْرِيفٌ *definitio* تَعْرِيفَاتٌ; تَقْلِبٌ *conversio* تَقْلِبَاتٌ; cet.; e) Multa denique Adpellativa, usu discenda, quae in singulari Numero masculini sunt Generis, ut سَرَادِقَاتٌ *tentoria* a Sing. masc. سُرَادِقٌ; إِيوَانَاتٌ *praetoria* a Sing. masc. إِيوَانٌ; حَمَّامَاتٌ *thermae* a حَمَّامٌ; praecipue vero et mensium Nomina, v. c. رَمَضَانَاتٌ a رَمَضَانٌ *Ramaddan*, et exotica munerum Nomina, v. c. أَغَا *Aga* أَغَوَاتٌ; بَاشَا *Pascha* بَاشَوَاتٌ; قُنْصُوا *Consul* قُنْصُوَاتٌ.

B. De Plurali *Fracto*.

I. *Fractum* Pluralem longe major Nominum recipit numerus; ipsa enim illa Substantiva et Adjectiva, quae supra secundum *A.* faciunt *sanum* Pluralem, plures saepe fractos simul formant; fracto praeterea gaudent Plurali Nomina adpellativa, tantum non omnia, atque multa

Ad-

Adjectiva, scilicet formarum: أَفْعَلُ (in fem. فَعْلَاءُ) colorem itaque vel deformitatem notantia (§. 59. II.); فَعْلَانُ (in fem. فَعْلَى, §. 59. III.); فَعِيلٌ; فَعُولٌ, et quae sunt Generis communis, §. 58. III. b.

II. *Frangitur* vero forma Numeri singularis vel mutata tantummodo una alterave Vocalium, v. c. أُسْدٌ *leones* a Sing. أَسَدٌ; vel aliqua simul literarum aut transposita, v. c. غِلْمَانٌ *pueri* a Sing. غُلَامٌ; aut abjecta, v. c. رُسْلٌ *apostoli* a Sing. رَسُولٌ; aut nova litera inserta, v. c. رِجَالٌ *viri* a Sing. رَجُلٌ.

Nota. Ejusmodi ergo una aut pluribus simul mutationibus, iisque haud raro satis violenter adhibitis, variae omnino ac multiplices oriuntur fracti Pluralis formae, quarum unam vel plures subire possunt et Substantiva et Adjectiva *trium*, *quatuor pluriumve* literarum. Usus jam fracti Pluralis frequentissimus quum sit ac gravissimus, perfectioris nostrae linguae studii cupidus non facile poterit ignorare, quales fracti Pluralis formas Nomina et *trium* et *quatuor pluriumve* literarum possint recipere, et a qua Numeri singularis forma singulae fracti Pluralis formae exoriantur, quamvis in re tam arbitraria regulae generales exceptionibus carere nequeant. In aliquam ergo hujus rei illustrationem subjungimus tabulam formarum Pluralis fracti in Nominibus et *trium* et *quatuor pluriumve* literarum ordine, quo Jll. *de Sacy* eas disposuit; singulis post-

postea formis Pluralis fracti addantur formae Nominum in Numero singulari, ad quas quaelibet forma Pluralis possit referri. Exempla tamen, quae alii copiose hic solent adferre, v. c. Jll. *de Sacy*, *Jahn*, *Vater*, *Rosenmüller* — brevitatis causa abesse voluimus, quum et in collegiis academicis occasione saepissime oblata, et privata Lectorum industria suppleri facile possint. Romani Numeri adjecti formarum exhibent seriem, ab *Erpenio* statutam, quam et *Golius* sequitur in Lexico suo.

α) Formae Pluralis *fracti*, de Numero singulari Nominum *triliterorum* utriusque Generis usitatae:

1) فُعْلٌ (I.) fit a) a Singulari فُعْلَةٌ et فُعْلِيٌ, feminino nimirum Genere formae Comparativi أَفْعَلُ; b) a nonnullis, quorum Singularis est formae فُعَلَةٌ et فُعَلَةٌ.

2) فُعْلٌ (III.) formant Adjectiva Colorum أَفْعَلُ, eorumque feminina فُعْلَاءُ.

3) فُعْلٌ (II.) occurrit de Singulari a) فِعَالٌ et فُعَالٌ omnium Verborum, exceptis مع, لو et لي; b) Substantivorum formae فُعِيلٌ, فُعِيلَةٌ et فُعُولٌ, quin sint a radice لو vel لي; c) Adjectivorum فُعِيلٌ et فُعُولٌ activae, rarius passivae, significationis; d) Nonnullorum Nominum formae فِعْلٌ, فُعْلٌ et فُعْلَةٌ.

4) فُعْلٌ (IV.) a Sing. فِعْلَةٌ, v. c. قِرْبَةٌ *uter*, قِرْبٌ.

5) فِعَالٌ (V.) a Singulari a) فُعْلٌ, فِعْلٌ, فَعْلٌ, فُعَلٌ, فُعَلَةٌ et فُعْلَةٌ; b) فُعَلٌ et فُعَلَةٌ, cujus tamen radix

dix non sit Verbum عو, لو vel لي; c) Adjectivorum فُعِيلٌ et فُعِيلَةٌ non passivae significationis; d) Adjectivorum فُعْلَانٌ, et فُعْلَانَةٌ, فُعْلَانٌ et فُعْلَانَةٌ.

6) فُعُولٌ (VI.) a Singulari a) Substantivorum formae فُعْلٌ, فِعْلٌ, فُعْلٌ, فُعُلٌ et فُعِلٌ; rarius b) Adjectivorum formae فَاعِلٌ.

7) فُعَّلٌ, et 8) فُعَّالٌ (VII.) a Singulari Adjectivorum فَاعِلٌ. Sed فُعَّالٌ praeterea fit a feminino quoque Singulari فَاعِلَةٌ.

9) فُعَلَةٌ (VIII.) formatur a Singulari Adjectivorum masculinorum, rationalia designantium, formae فَاعِلٌ, cujus radix non sit Verbum لو vel لي, ut كَامِلٌ *perfectus*; nam talia Adjectiva, sed radicis لو vel لي, faciunt

10) فُعَلَةٌ (IX.), v. c. غَازٍ *pugnans* غُزَاةٌ (pro غُزُوَةٌ per II. Conv.)

11) فِعَلَةٌ (XI.) a Singulari Substantivorum فُعْلٌ, paucorum vero فُعُلٌ et فِعْلٌ.

12) فِعْلَةٌ a Singulari فُعَلٌ, فُعْلٌ, فُعُلٌ, فُعَالٌ, فُعَالٌ et فُعِيلٌ.

13) أَفْعُلٌ (XII.) a Singulari a) Substantivorum فُعْلٌ, nec nonnullorum فُعَلٌ, فِعْلٌ et فُعُلٌ, quorum radix non sit Verbum عو vel عي; b) Substantivorum et femi-

ni-

ninorum, ة non terminatorum, quae quatuor constant quidem literis, quarum vero penultima sit *servilis* quiescens اوي, v. c. ذِرَاعٌ *brachium*, et masculinorum paucorum ejusdem formae.

14) أَفْعَالٌ (XIII.) fit a Singulari a) Substantivorum triliterorum cujusvis formae, (rarius tamen formae فُعَّلٌ, mediam non habentis و vel ي); b) Nominum فُعَّلٌ, quae descendunt a Verbis فو, عو et عي; c) Adjectivorum فَاعِلٌ, فَعِيلٌ activo sensu, vel, rarius tamen, aliorum quoque.

15) أَفْعِلَةٌ (XIV.) a Singulari multorum Substantivorum, quatuor quidem literis constantium, quarum vero penultima sit *servilis* اوي quiescens, v. c. عَمُودٌ *columna*, رَغِيفٌ *libum*; maxime formae فُعَالٌ et فِعَالٌ radicis عع, لو et لي, v. c. إِمَامٌ *antistes*, قُنَآءٌ *tunica virilis brevior*.

16) فَوَاعِلُ (XV.) a Singulari Substantivorum vel Adjectivorum aut masculinorum formae فَاعَلٌ et فَاعِلٌ, aut femininorum formae فَاعِلَةٌ et فَاعِلَآءُ.

17) فَعَائِلُ (XVI.) a Femininis decem formarum:

فُعَالٌ	فُعَالٌ	فِعَالٌ	فُعُولٌ	فَعِيلٌ
فُعَالَةٌ	فُعَالَةٌ	فِعَالَةٌ	فُعُولَةٌ	فَعِيلَةٌ

18) فِعْلَانٌ (XVII.) a Singulari a) فُعَالٌ, فُعَالٌ et فُعْلٌ; b) nonnullorum فُعَّلٌ, فُعَّلٌ et فَاعِلٌ radicis عو vel عي; praeterea c) quorundam aliarum formarum, v. c.

اخ

أخ *frater* إِخْوَانٌ; صَبِيٌّ *infans* صِبْيَانٌ; فَتًى *juvenis* فِتْيَانٌ; ظَلِيمٌ *struthiocamelus* ظِلْمَانٌ.

19) فُعْلَانٌ (XVIII.) a Singulari a) فُعْلٌ, فَعْلٌ, فَعِيلٌ; b) nonnullorum Adjectivorum فَاعِلٌ, quae non descendunt a radice عو vel عي, v. c. فَارِسٌ *eques*.

20) فُعَلَاءُ (XIX.) a Singulari a) Adjectivorum masculinorum formae فَعِيلٌ activo sensu; b) Nonnullorum, rationalia exprimentium, formae فَاعِلٌ radicis nec عو vel عي, nec لو vel لي, v. c. شَاعِرٌ *poeta*; c) Substantivi masculini cum ة feminino خَلِيفَةٌ *successor*; denique d) Nominum aliarum quoque formarum, tertia etiam radicali و vel ي.

21) أَفْعِلَاءُ (XX.) ab Adjectivis, rationalia significantibus, formae فَعِيلٌ, maxime radicis عع, عو vel عي, لو vel لي.

22) فَعْلَى ab Adjectivis فَعِيلٌ, rarius فَاعِلٌ, فَعْلٌ et أَفْعَلُ, notantibus *dolorem*, *vulnus* vel *destructionem*, v.c. جَرِيحٌ *vulneratus*.

23) فَعَالِي (XXII.) a Singulari a) Substantivorum فُعَلَاءُ, فَعْلَى et فِعْلَى; b) Adjectivorum femininorum فُعَلَاءُ et فُعْلَى; et c) Nominum: أَرْضٌ *terra* أَرَاضِي; لَيْلٌ *nox* لَيَالِي; أَهْلٌ *familia* أَهَالِي, cum Nunnatione vero: لَيَالٍ, أَهَالٍ.

24)

24) فُعَالِي a Singulari a) Substantivorum et Adjectivorum proxime (23. a. b.) praecedentium; b) Adjectivorum فُعْلَانٌ, quae in prima hujus Pluralis syllaba Ddamma etiam vel Kasra recipiunt, v. c. كُسْلَانٌ *segnis*, كُسَالِي كُسَالِي et كِسَالِي; c) Femminorum فُعَيْلَةٌ radicis لو vel لي.

25) فُعَيْلٌ a paucis formae فُعْلٌ et فِعَالٌ, v. c. عُبْدٌ *servus*, حِمَارٌ *asinus*.

26) فُعُولَةٌ a paucis formae فُعْلٌ, v. c. بَعْلٌ *maritus*, خَيْطٌ *filum*.

27) فِعَالَةٌ a Singulari فُعْلٌ et فَاعِلٌ, v.c. حَجَرٌ *lapis*, صَاحِبٌ *socius*.

28) فُعْلٌ a nonnullis formae فُعَلَةٌ, فُعْلَةٌ et فَاعِلٌ.

Notanda ad α), sive ad Plurales fractos Nominum *trium* literarum.

1) Ex adjectis ad singulas Pluralis fracti formas Nominum Numeri singularis formis facile intelligitur, plures diversasque Pluralis fracti formas ad eandem referri posse formam Numeri singularis, seu, quod idem sibi vult, Nomen unum idemque singularis Numeri admittere plures diversasque fracti Pluralis formas; sic Nomen formae فَعِيلٌ recipere potest sequentes fracti Pluralis formas: 3, 5, 12, 13, 17, 19, 20, 21 et 22; Nomen formae فَاعِلٌ vero: 6, 7, 8, 9, 10, 14, 16, 18, 19, 20, 22, 27, 28; Nomen formae فُعْلٌ: 5, 6, 11, 12, 13, 14, 18, 19, 25, 26; et sic reliquarum formarum Nomina. Verumtamen nullatenus omnes illae fracti Pluralis formae, ad quas certae Nominum Singularium formae *possunt* referri, usu quoque sunt receptae; nam

v. g. شَاهِدٌ *testis* (formae ergo فَاعِلٌ) facit tantummodo praeter Pluralem *sanum* شَاهِدُونَ (cf. supra A. II. a.) Plurales *fractos*: شَوَاهِدُ (formae 16.) et شُهُودٌ (formae 6.); عَبْدٌ *servus* autem: عِبَادٌ (for. 5.), عُبُودٌ (for. 6.), عِبْدَانٌ (for. 19.), et عَبِيدٌ (f. 25.); imo interdum Nomen una sola multarum fracti Pluralis formarum gaudet, v. c. أَمْرٌ *res* in Plurali habet tantummodo أُمُورٌ (formae 6.), quum tamen instar formae فُعْلٌ *decem* fractos Plurales posset formare. Quae tota res usu longiori Lexicisque adstipulantibus est discenda.

2. Pluralis sanus, atque fractus formarum: 12, 13, 14 et 15, dici solet *Pluralis paucitatis* جَمْعُ قِلَّةٍ; fractus vero reliquarum formarum *Pluralis multitudinis* جَمْعُ كَثْرَةٍ; *prior* enim usurpatur tantum cum Numeralibus a *tribus* ad *novem* usque; *posterior* autem vel cum Numeralibus a *decem* et ultra, vel cum Numero non restricto. Hoc tamen discrimen tantum obtinet, si Nomen praeter Pluralem sanum vel fractum illarum *quatuor* formarum aliam adhuc recipit formam fractam; alias enim priores quoque formae generaliter, ut posteriores, usurpantur.

3. Formae fracti Pluralis, reliquis longe usitatiores, tironum etiam memoriae commendantur: أَفْعَالٌ (14.), فُعُولٌ (6.) et فِعَالٌ (5.), quae tres omnium occurrunt frequentissime, quibus proxime accedunt: فَوَاعِلُ (16.) et فَعَائِلُ (17.).

β) Formae Pluralis *fracti*, usitatae de Numero singulari Nominum *quatuor pluriumve* literarum utriusque Generis.

I. Nomina *quadrilitera* (ة finali non adnumerato), sive radicales sint omnes quatuor literae, sive tres tantum, quarta servili م vel أ praefixa, in Plurali fracto sunt formae:

mae: فُعَالِلُ vel مُفَاعِلُ vel أَفَاعِلُ (29 secundum *de Sacy*, XXIII. et XXIV secundum *Erpenium*); duae posteriores occurrunt de quadriliteris, quibus servilis م vel أ est praefixa, et maxime sunt usitatae. Ceterum ad formam أَفَاعِلُ Adjectiva quoque sunt formae Comparativi أَفْعَلُ, si Substantivorum gerant vices, ita ab أَكْبَرُ *major* fit أَكَابِرُ *primores*.

II. Nomina *quinquelitera*, 1) quibus inserta est aliqua literarum اوي ante ultimam radicalem, Pluralem faciunt vel a) formae فَعَالِيلُ (30 secundum *de Sacy*), v. c. سُلْطَانٌ *dominator* سَلَاطِينُ; مِفْتَاحٌ *clavis* مَفَاتِيحُ; أَحْبُوشٌ *turba hominum mixta* أَحَابِيشُ; vel b) formae فَعَالِلَةٌ (31 secundum *de Sacy*); quaedam enim hujus generis Nomina, expuncto ي prioris formae فَعَالِيلُ, ة finale adsciscunt, v. c. إِبْلِيسٌ *diabolus* habet et أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ; إِسْكَافٌ *calceolarius* et أَسَاكِيفُ et أَسَاكِفَةٌ.

Nota. Posterioris hujus formae alia etiam sunt Nomina et quatuor et quinque literarum, quibus nulla literarum اوي ante ultimam accessit, Nomina praesertim peregrina atque Adjectiva denominativa quadrilitera, v. c. أُسْقُفٌ *episcopus* vel أَسَاقِفُ vel أَسَاقِفَةٌ; قَيْصَرٌ *Caesar* قَيَاصِرَةٌ; صَقْلَبِيٌّ (Sclave) *servus* صَقَالِبَةٌ; جَرْكَسِيٌّ *Circassius* جَرَاكِسَةٌ.

2) Quinquelitera, quibus, praeter aliquam literarum اوي ante ultimam, simul ا post primam radicalem accre-

vit, Pluralem formant فَوَاعِيلُ, ا post primam in و converso, v. g. جَامُوس *bubalus* جَوَامِيس.

3) Nomina denique quinque vel plurium literarum (non adnumeratis vel quiescentibus اوي vel ة finali) Pluralem habent instar quadriliterorum (supra β. I.), abjecta tamen una litera vel pluribus; nimirum a) *Nuda* quinque-litera amittunt vel ultimam radicalem, v. c. سَفَرْجَل *malum cydonium*, سَفَارِج; vel, rarius tamen, penultimam, v. c. خَرْنَق *aranea* vel خَرَارِن vel خَرَارِق. Quibus autem inest penultima و vel ي absque Vocali post Fathha, nullam in Plurali literam expungunt, mutata tamen و ob Kasra praecedens per I. Conv. in ي, v. c. فِرْعَون *crocodilus* فَرَاعِين. b) *Auctis* vero excidunt literae serviles, v. c. مَدْحَرَج *locus volutationis*, دَحَارِج; remanente tamen م, si serviat vel cum ن in Forma VII., vel cum ست in Forma X., v. g. مُنْطَلِق *solutus* مَطَالِق; مُسْتَخْرِج *eductor* مَخَارِج.

Nota. α) Multa Adjectiva denominativa, familiam regiam praecipue vel sectam designantia, in Plurali tantum ة finale adsciscunt, v. g. عُثْمَانِي *Otshmanicus*, عُثْمَانِيَّة; صُوفِي *Sufi*, religiosus, صُوفِيَّة.

β) A fractis Pluralibus Nominum triliterorum (supra α. 1 — 28.) interdum nova formantur Nomina pluralia, (dicta *pluralia pluralium* جَمْعُ الْجَمْعِ) vel instar quadriliterorum (supra β. I.), v. c. ظُفْر *unguis*, in Plur. أَظْفَار (formae 14), unde denuo fit أَظَافِير; vel instar Pluralis sani feminini, v. c. بَيْت *domus*, Plur. fract. بُيُوت (formae 6.), inde denuo بُيُوتَات. Haec jam plu-

pluralia, sicut pluralia *multitudinis* (supra Nota 2. ad tabulam α.) adhibentur de Numero ultra decem vel non restricto.

γ) Quaedam modo prorsus anomalo acquirunt Pluralem, v. c. طَرِيق *via* طُرُقَات; أُمّ *mater* أُمّهَات (quasi ab obsoleto أُمّه); فَم *os* أَفْوَاه (ab obsol. فَوْه); مَاء *aqua* أَمْوَاه vel مِيَاه (ab obsol. مَاه). Denique إِنْسَان *homo* Pluralem habet أَنَاس, vel contracte نَاس.

§. 61. DE DECLINATIONE NOMINUM.

Declinatio (الإِعْرَاب) Nominum sive indeterminatorum, sive determinatorum per Articulum, fit vel per *tres* vel per *duas* distinctas Casuum terminationes, i. e. Nomina sunt vel *Triptota* vel *Diptota*.

A. Triptota.

Triptota, quorum plurima sunt et Substantiva et Adjectiva utriusque Generis in Numero singulari et plurali fracto, *indeterminata* declinantur per Nunnationem (§. 4. III.); in *Nominativo* (رَفْع *elatio*) per ـٌ, in *Genitivo* (خَفْض *depressio* secundum Grammaticos Cufenses, جَرّ *attractio* secundum Bassorenses) per ـٍ, et in *Accusativo* (نَصْب *positio*) per ـًا (vel ـً in femininis per ـةً); *determinata* vero sive per Articulum اَلْ, sive per relationem aut ad Genitivum

Nominis, aut ad Suffixum additum, in iisdem Casibus unica tantummodo notantur Vocali, quam rem exempla illustrent:

Nominativus.	*Genit. Dativ. Ablat.*	*Accusativus.*
In Singulari masculino indeterminato.		
رَجُلٌ *vir*	رَجُلٍ	رَجُلاً
In Singulari feminino indeterminato.		
رَحْمَةٌ *misericordia*	رَحْمَةٍ	رَحْمَةً
In Plurali fracto indeterminato.		
رِجَالٌ *viri*	رِجَالٍ	رِجَالاً
In Singulari masculino determinato.		
اَلرَّجُلُ	اَلرَّجُلِ	اَلرَّجُلَ
In Singulari feminino determinato.		
اَلرَّحْمَةُ	اَلرَّحْمَةِ	اَلرَّحْمَةَ
In Plurali fracto determinato.		
اَلرِّجَالُ	اَلرِّجَالِ	اَلرِّجَالَ

Nota 1) Per Genitivum exprimuntur et *Dativus* praefixa لِ, et *Ablativus* praeposita مِنْ *a* vel *ab*.

2) *Vocativus* autem notatur per Particulam يَا *o!* antepositam vel a) Nominativo et absque Articulo et absque

que Nunnatione, si persona vel res invocata sit certa et definita, atque simplex simul, i. e. in nullo nexu relationis ad Genitivum Nominis, ad Suffixum, ad Gradum Comparationis, ad notionem specialem, cet.; v. c. يَا زَيْدُ *o Zaide!* يَا رَجُلَانِ *o vos duo viri!* vel يَا رِجَالُ *o viri!* quos nimirum praesentes adspicio; vel b) antepositam Accusativo, α) si persona vel res sit aut incerta et indeterminata, ut يَا رَجُلًا *o vir!* يَا نَبِيًّا *o propheta!* quicunque sit; aut vaga saltem in sermone ad coetum, ut يَا مُؤْمِنِينَ *o fideles!* β) si Nomen personae vel rei invocatae in nexu sit relationis alicujus, ad Genitivum v. c., Suffixum, Gradum Comparationis, notionem specialem, cet.; ut يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *o serve Dei!* يَا أَبَانَا *o pater noster!* يَا أُمَّنَا *o mater nostra!* يَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ *o tu, qui melior es Zaido!* يَا حَسَنًا وَجْهُهُ *o tu, pulcher facie!* Reliqua in Syntaxi occurrent §. 92.

3) In Accusativo indeterminato praeter Nunnationem addi debet Alef otiosum, exceptis Nominibus femininis per ة.

B. Diptota.

Diptota duabus tantum gaudent Casuum terminationibus, quarum prior indicat Casum *rectum* sive Nominativum, posterior autem Casum *obliquum*, omnes scilicet Casus reliquos. Sunt vero diptota duplicis classis: *prioris*, quae perpetuo manent diptota, sive sint determinata sive indeterminata, de quibus infra a I. — III. dicetur; *poste-*

sterioris, quae, diptota tanquam indeterminata, communem sequuntur triptotorum classem, si quocunque modo fiant determinata, de quibus infra sub IV. sermo erit.

Diptota ergo sunt

I. Omnia *Dualia*, et determinata et indeterminata utriusque Generis et masculini et feminini, quorum Casus rectus desinit in ـانِ, obliquus in ـيْنِ; ut

	Nominativus.	*Gen. Dat. Accus. Abl.*
Masc.	رَجُلَانِ et اَلرَّجُلَانِ	رَجُلَيْنِ et اَلرَّجُلَيْنِ
Fem.	مُدِينَتَانِ — اَلْمُدِينَتَانِ	مُدِينَتَيْنِ — اَلْمُدِينَتَيْنِ

II. *Pluralia sana masculina*, determinata vel indeterminata, quorum Casus rectus terminatur ـونَ, obliquus ـينَ, ut

Rect. نَاصِرُونَ et اَلنَّاصِرُونَ; Obl. نَاصِرِينَ et اَلنَّاصِرِينَ

III. *Pluralia sana feminina*, quorum Casus rectus indeterminatus exit in ـاتٌ, determinatus in ـاتُ, et obliquus indeterminatus in ـاتٍ, determinatus in ـاتِ, ut

Rect. نَاصِرَاتٌ et اَلنَّاصِرَاتُ; Obl. نَاصِرَاتٍ et اَلنَّاصِرَاتِ

IV.

IV. Notanda denique est copiosa classis diptotorum, quae tantum ut *indeterminata*, spreta tamen Nunnatione, Casum rectum innuunt per ـُ, et obliquum per ـَ, ut

Rectus: أَحْمَرُ *ruber*; Obliquus: أَحْمَرَ.

Ad hanc vero classem referuntur *indeterminata*

1) Adjectiva formae أَفْعَلُ, sive exprimant Gradus, v. c. أَعْظَمُ *major*, *maximus*, أَفْضَلُ *praestantior*, *praestantissimus*; sive colorem aut deformitatem corporis vel animi, v. c. أَبْيَضُ *albus*, أَخْرَسُ *mutus*, أَحْمَقُ *fatuus*; una cum feminino Genere et prioris in Superlativo, formae فُعْلَى, v. c. فُضْلَى *praestantissima*; et posterioris, formae فَعْلَاءُ, v. c. بَيْضَاءُ *alba*, خَرْسَاءُ *muta*, حَمْقَاءُ *fatua*.

Nota. Huc ergo non pertinent Substantiva vel Adjectiva similis quidem formae, sed absque ejusmodi et significatione et Genere feminino, ut أُصْبُعٌ *digitus*, أَرْمَلُ *viduus*, cum fem. أَرْمَلَةٌ *vidua*, quae potius triptotorum sequuntur Declinationem.

2) Adjectiva formae فَعْلَانُ cum feminino formae فَعْلَى in utroque Genere sunt diptota; v. c. سَكْرَانُ *ebrius*, سَكْرَى *ebria*. Tres autem Casus formant talia Adjectiva, quorum vero femininum exit in ـَةٌ, v. c. عُرْيَانٌ *nudus*, عُرْيَانَةٌ *nuda*.

3)

3) Substantiva vel Adjectiva feminina ob *Alef contractum* (§. 58. I. 2. b.) sive terminata ي servili, instar Alef quiescente, v. c. ذِكْرَى *memoria*, حُبْلَى *praegnans;* Casus tamen diversus ob II. Conv. non adparet.

4) Pluralia formarum فُعْلَى et فُعَالَى, in quibus pariter ob II. Conv. Casus non dignoscuntur, v. c. مُوْتَى *mortui*, لَيَالِي *noctes*.

5) Pluralia formarum فُعَلَآءُ et أَفْعِلَآءُ, v. c. حُكَمَآءُ *sapientes*, أَوْلِيَآءُ *amici*.

6) Pluralia quatuor syllabarum cum Alef servili quiescente in medio, sive formarum: فَوَاعِلُ, فَعَائِلُ, أَفَاعِلُ, مَفَاعِلُ et فَعَالِيلُ, v. c. قَوَارِبُ *scaphae*, أَقَارِبُ *propinqui*, قَنَادِيلُ *lampades (candelae)*.

7) Nomina *propria* a) *exotica* masculina quatuor pluriumve literarum, v. c. يُوسُفُ *Josephus*, أَبْرَهِيمُ *Abraham;* b) *Arabica*, constructa *vel* ad aliquam formam Verbi, ut ضُرِبَ *Ddorebus* (ad فُعِلَ); يَشْكُرُ *Jaschcorus* (يَفْعُلُ); أَحْمَدُ (أَفْعَلُ); شَمَّرُ (فَعَّلُ); *vel* derivata levi cum mutatione ab aliquo Participio, v. c. عُمَرُ *Omar* (ab عَامِرٌ); قُطَامُ *Kotam*, fem. (a قَاطِمَةٌ); *vel* exeuntia in ة utriusque

que Generis, v. c. مَكَّةُ *Meccu;* طَلْحَةُ *Talhha,* vir; رَحْمَةُ *Rahhma,* fem.; *vel* terminata ـَانُ, v. c. عُثْمَانُ, عِمْرَانُ; c) Omnia *feminina* et exotica et Arabica, v. c. زَيْنَبُ *Zainaba,* مَرْيَمُ *Maria.*

Nota. 1. *Exotica* masculina vel feminina trium literarum, quarum media careat Vocali, pro lubitu diptota sunt vel triptota, v. c. نُوحٌ *Noachus,* لُوطٌ *Lotus,* هِنْدٌ et دَعْدٌ, feminarum Nomina.

2. In *compositis* e duabus vocibus *vel* prior vox est indeclinabilis in Fathha, et posterior ut diptoton; *vel* utraque ut triptoton tractatur, v. c. حَضْرَمَوْتُ in Casu recto, حَضْرَمَوْتَ in obliquis; vel حَضْرَمَوْتٍ in Nom.; حَضْرَمَوْتٍ in Genit., حَضْرَمَوْتٍ in Accus.

8) Numeralia distributiva, e duabus vocibus contracta, v. c. أُحَادُ vel مُؤَحَّدُ *singillatim, unus post alterum,* contractum a وَاحِدٌ وَاحِدٌ *unus,* et sic usque ad عُشَارُ vel مُعَشَّرُ *deni,* (cf. §. 64. III.); atque pauca alia Adjectiva, simili modo ab aliis Nominibus derivata, v. c. أُخَرُ *aliae, alterae* ab أُخْرَى; بُتَعُ a بُتَاعِي, بُضَعُ a بُضَاعِي, جُمَعُ a جُمَاعِي, كُتَعُ a كُتَاعِي, quae omnia significant: *omnes, universi.*

9) Deminutiva denique, quorum primitiva

jam

jam sunt diptota, v. c. أُصَيْمِم ab أَصَمّ *surdus*; أُحَيّ ab أَحْوَى *fuscus*, exceptis deminutivis Numeralium distributivorum (supra 8.).

Omnia diptota a 1 — 9 fiunt triptota, si quócunque modo sint *determinata*.

Nota a) Quaedam Nomina, per se triptota, ob aliquam infirmarum literarum curata, duos tantum Casus et determinata et indeterminata recipere videntur: α) Participia Verborum لو et لي, v. c. غَازٍ et الغَازِي, رَامٍ et الرَّامِي in Nom. et Genit. per II. Quietis, ac غَازِيًا et الغَازِيَ, رَامِيًا et الرَّامِيَ in Accus.; et β) Substantiva pariter ultimae و vel ي, v. c. وَادٍ et الوَادِي *vallis* in Nom. et Gen. per II. Quietis, وَادِيًا et الوَادِيَ in Accus.

b) Alia plane *monoptota* sunt, sive unica per omnes Casus gaudent terminatione in Fathha, quum tamen per se sint vel triptota vel diptota saltem. Huc referas α) triptota Participia vel Substantiva ultimae و vel ي, per III. Quietis vel II. Conv. curata, v. c. عَصًا *baculus* pro عَصَوٌ, عَصًوٍ et عَصًوًا per III. Quiet.; vel العَصَا pro العَصَوُ, العَصَوِ et العَصَوَ per II. Conv.; similiter رَحًى *mola*, مَعْطًى *datus* per III. Quiet., et الرَّحَى, المَعْطَى per II. Conv. β) Adjectiva vel Substantiva terminata Alef contracto, quae, sive sint indeterminata et diptota (cf. supra IV. 3.), sive determinata et triptota, per omnes Casus

sus exhibent Fathha, ut حبلي *gravida*, tanquam diptoton pro حبلي et حبلي; vel الحبلي, tanquam triptoton pro الحبلي, الحبلي et الحبلي per IL Conv.; ita ذِكْرِي et الذِّكْرِي *memoria*; حرجي et الحرجي *vulnerati*, Pluralis fractus formae 21. a Sing. حَرِيجٌ; سُكَارِي et السُّكَارِي *ebrii*, Plur. fr. for. 23. a Sing. سَكْرَانُ; γ) Adjectiva formae أفعل Verborum لو et لي, v. c. أشهي *cupidissimus* tanquam diptoton, et الأشهي tanquam triptoton, ubique notatur Fathha.

§. 62. DE STATU RELATIONIS AD GENITIVUM SIVE NOMINIS SEQUENTIS SIVE SUFFIXI SUBJUNCTI.

Praeter Articulum, de quo §. praec. dictum fuit, Nomina porro determinantur, si construuntur cum Genitivo vel Nominis sequentis (i. e. per statum, ut dicunt, *Constructionis* sive *Regiminis)* vel Suffixi adjecti. Utraque determinandi ratio et convertit duplicem Nunnationis Vocalem in simplicem prout Articulus, et praeterea resecat in Duali et in Plurali masculino *sano* finale ن una cum Vocali.

A. Nomen, constructum cum Genitivo alterius Nominis.

In Singulari.

Nominativus.	*Genitivus.*	*Accusativus.*
عَبْدُ ٱللّٰهِ *servus Dei*	عَبْدِ ٱللّٰهِ	عَبْدَ ٱللّٰهِ

In Duali.

Rectus: عَبْدَا ٱللّٰهِ

Obliquus: عَبْدَيْ ٱللّٰهِ vel عَبْدَيِ ٱللّٰهِ

In Plurali sano masculino.

Rectus: عَبْدُوا ٱللّٰهِ Obliquus: عَبْدِي ٱللّٰهِ

In Plurali sano feminino.

Rectus: نَاصِرَاتُ زَيْدٍ *Adjutrices Zaidi.*

Obliquus: نَاصِرَاتِ زَيْدٍ

Nota 1) In Casu obliquo Dualis ي vel geminatur, et in gratiam sequentis Hamzae unionis per Fathha notatur; vel simplex manet, Kasra adsciscens.

2) ا otiosum in Nominativo Pluralis sani masc. pro lubitu vel ponitur vel abest.

B.

B. Nomen, cum Suffixis constructum.

Masculinum.	Femininum.
Nomen *Singulare* cum variis Suffixis *Singularibus*.	
عبدي *servus meus*, c.	رجمتي *sepulcrum meum*, c.
عبدك *servus tuus*, ad v.	رجمتك *sepulcrum tuum*, ad v.
عبدكِ *servus tuus*, ad f.	رجمتكِ *sepulcrum tuum*, ad f.
عبدهِ *servi ejus*, de v.	رجمتهِ *sepulcri ejus*, de v.
عبدها *servum ejus*, de f.	رجمتها *sepulcrum ejus*, d. f.
Nomen *Singulare* cum variis Suffixis *Pluralibus*.	
عبدنا *servus noster*, c.	رجمتنا *sepulcrum nostrum*, c.
عبدكم *servi vestri*, ad v.	رجمتكم *sepulcri vestri*, ad v.
عبدكنّ *servum vestrum*, ad f.	رجمتكنّ *sepulcrum vestr.*, ad f.
عبدهم *servi eorum*	رجمتهم *sepulcrum eorum*
عبدهنّ *servum earum*	رجمتهنّ *sepulcri earum*
Nomen *Duale* cum Suffixis varii Generis ac Numeri.	
عبداي *duo servi mei*, c.	رجمتاي *duo sepulcra mea*, c.
عبديك *duor. servorum tuor.*, ad v.	رجمتيك *duor. sepulcror. tuor.*, ad f.
عبديه *duorum servorum ejus*, de v.	رجمتيها *duor. sepulcror. ejus*, de f.

عبدانا

Nomen *Duale* cum Suffixis varii Generis ac Numeri.

عَبْدَانَا *duo servi nostri*, c.	رَجْمَتَانَا *duo sepulcra nostra*, c.
عَبْدَاكُنَّ *duo servi vestri*, ad f.	رَجْمَتَيْكُمْ *duor. sepulcror. vestr.*, ad v.
عَبْدَيْهِمْ *duor. servorum eorum*	رَجْمَتَاهُمْ *duo sepulcra eor. duor.*

Nomen *Plurale* sanum cum Suffixis varii Generis ac Numeri.

عَبْدِيَّ *servi mei*, c.	رَجْمَاتِي *sepulcra mea*, c.
عَبْدُوكُمَا *servi duorum* vel *duar. vestrarum*	رَجْمَاتِكِ *sepulcra tua*, ad f.
عَبْدِيكُنَّ *servorum vestrorum*, ad f.	رَجْمَاتِكُمْ *sepulcrorum vestror.*, ad v.
عَبْدُوهُ *servi ejus*, de f.	رَجْمَاتُهُ *sepulcra ejus*, de v.
عَبْدِيهِمَا *servorum eor. duorum*, vel *earum duarum*	رَجْمَاتِهِمَا *sepulcrorum eor. duor.*, vel *earum duarum*
عَبْدُوهُمْ *servi eorum*	رَجْمَاتُنَا *sepulcra nostra*, c.
عَبْدِيهِنَّ *servorum earum*	رَجْمَاتِهِمْ *sepulcrorum eorum.*

Notanda.

1) Suffixa Nomini eodem fere modo ut Verbo adduntur, sed, utpote recta a Nomine, Genitivum exprimunt, cum possessore convenientia, non cum re, quam quis possidet; sic كِتَابُكَ *liber tui* de viro, et كِتَابُكِ *liber tuae* de femina dicitur, ubi discrimen se-

xus

xus ipso Suffixo diverso innuitur, quum Latine semper maneat *liber tuus* et de viro et de femina.

2) Femininorum ة accedente Suffixo transit in ت, cf. §. 2. III. sub lit. ة.

3) In Suffixo primae Personae singularis ن *cavendi* (prout in Verbo §. 38. II.) non locum habet cum Nomine, quod tunc potius, neglecta Casuum terminatione, ubique Kasra adsciscit, Duali excepto, qui per Fathha notatur.

4) Eodem Suffixo ad Pluralem sanum masculinum accedente, و Casus recti per III. Conv. fit ي, et cum ي Suffixi per Schadda necessario coalescit, quare in Casu et recto et obliquo dicitur نَاصِرِيَّ.

5) Quando Ddamma Suffixorum tertiae Personae in Kasra transeat, atque de Vocali, quam هُمْ et كُمْ sibi quaerant ante Hamzam unionis, cf. §. 8. III. 2.

6) Nomina, in آء exeuntia, quum propter Suffixum Hamza ponatur in medio (§. 42. III. Nota a), mutant per II. regulam Hamzae ا vel in و ob Ddamma Nominativi, vel in ي ob Kasra Genitivi; in Accusativo vero ا manet ob homogeneam Vocalem Fathha, v. c. صَبَآءٌ *pueritia* fit صَبَاؤُكَ, صَبَائِكَ, صَبَاءَكَ. Similiter

7) Declinantur per literas, Vocalibus Casuum homogeneas, Nomina, constructa cum Genitivo vel Nominis vel Suffixi, sequentia: أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, هَنٌ *res*, *muliebria*, ذُو *possessor* (quod semper cum Genitivo Nominis construitur, non autem cum Suffixis, nisi rarissime in Plurali) et فُو pro فُوهٌ) *os*, *oris*; v. c.

Cum

	Cum Genitivo Nominis.		Cum Suffixo.	
Nom.	زَيْدٌ	أَبُو *pater Zaidi*	أَخُوكَ	*frater tuus*
Genit.	زَيْدٍ	أَبِي *patris Zaidi*	أَخِيكَ	*fratris tui*
Accus.	زَيْدًا	أَبَا *patrem Zaidi*	أَخَاكَ	*fratrem tuum.*

§. 63. DE NUMERALIBUS CARDINALIBUS.

103

I. Cardinalia *decem prima* utriusque sunt Generis, quorum duo prima cum Nominibus in Genere conveniunt, reliquorum contra octo masculina cum Nominibus construuntur femininis, et feminina cum masculinis, prout Cardinalia linguae Hebraicae et Aramaicae, quibuscum omnino conspirant; sunt enim:

	Masc.	Fem.		Masc.	Fem.
1.	وَاحِدٌ / أَحَدٌ	وَاحِدَةٌ / إِحْدَى	6.	سِتَّةٌ	سِتٌّ
2.	إِثْنَانِ	إِثْنَتَانِ	7.	سَبْعَةٌ	سَبْعٌ
3.	ثَلَاثَةٌ	ثَلَاثٌ	8.	ثَمَانِيَةٌ	ثَمَانٍ
4.	أَرْبَعَةٌ	أَرْبَعٌ	9.	تِسْعَةٌ	تِسْعٌ
5.	خَمْسَةٌ	خَمْسٌ	10.	عَشَرَةٌ	عَشْرٌ

a) Omnia tanquam triptota regulari modo declinantur, excepto diptoto إِثْنَانِ, إِثْنَتَانِ.

b)

b) وَاحِدٌ et وَاحِدَةٌ usurpatur in separato Numero, singillatim posito; أَحَدٌ et إِحْدَى vero et in conjuncto sive *composito* cum aliis Numeris absque copula و, et in Statu Constructionis.

c) سِتٌّ dicitur per euphoniam pro سِدْسٌ, ut docet deminutivum سُدَيْسَةٌ.

II. Ab *undecim* ad *undeviginti* componuntur ex Unitatibus, sine copula و semper praemittendis, ac e Numero denario عَشْرٌ, عَشْرَةٌ, qui vero in compositis Numeris Vocalem Fathha mediae radicalis amittit, ut:

	Masc.		Fem.	
11.	عَشَرَ	أَحَدَ	عَشْرَةَ	إِحْدَى
12.	عَشَرَ	إِثْنَا	عَشْرَةَ	إِثْنَتَا
13.	عَشَرَ	ثَلَاثَةَ	عَشْرَةَ	ثَلَاثَ
14.	عَشَرَ	أَرْبَعَةَ	عَشْرَةَ	أَرْبَعَ
15.	عَشَرَ	خَمْسَةَ	عَشْرَةَ	خَمْسَ
16.	عَشَرَ	سِتَّةَ	عَشْرَةَ	سِتَّ
17.	عَشَرَ	سَبْعَةَ	عَشْرَةَ	سَبْعَ
18.	عَشَرَ	ثَمَانِيَةَ	عَشْرَةَ	ثَمَانِي
19.	عَشَرَ	تِسْعَةَ	عَشْرَةَ	تِسْعَ

a) Ista Numeralia, utpote copula و destituta, vocantur *composita* الْمُرَكَّبَةُ, suntque indeclinabilia sive per omnes Casus in Fathha terminantur, solo *duodecimo* excepto, cujus prior pars ad normam Dualium declinatur.

b) In his porro compositis Numeris prior quidem contrario modo Genus adoptat, posterior autem in Genere consentit cum Nomine.

III. *Denaria* a *viginti* ad *nonaginta* oriuntur ab Unitatibus masculinis, addita terminatione Pluralis sani masculini ـُونَ in Casu recto, ـِينَ in obliquo, quae terminatio tamen est Generis communis, ut:

20. عِشْرُونَ 40. أَرْبَعُونَ 60. سِتُّونَ 80. ثَمَانُونَ
30. ثَلَاثُونَ 50. خَمْسُونَ 70. سَبْعُونَ 90. تِسْعُونَ

IV. Ex Denariis simplicibus porro fiunt composita, Unitatibus praepositis, ac و copula inter utrumque Numerum intercedente, quare in specie Numeralia adpellantur *copulata* الْمَعْطُوفَةُ, et regulari modo declinantur, v. c. وَاحِدٌ وَعِشْرُونَ *unus et viginti*; in Genit. وَاحِدٍ وَعِشْرِينَ; in Accus. وَاحِدًا وَعِشْرِينَ.

V. *Centenaria*, utrique Generi communia, sunt:

100.	مِائَةٌ	200.	مِائَتَانِ
300.	ثَلٰثُمِائَةٍ	vel	ثَلَاثُ مِائَةٍ
400.	أَرْبَعُمِائَةٍ	—	أَرْبَعُ مِائَةٍ
500.	خَمْسُمِائَةٍ	—	خَمْسُ مِائَةٍ
600.	سِتُّمِائَةٍ	—	سِتُّ مِائَةٍ
700.	سَبْعُمِائَةٍ	—	سَبْعُ مِائَةٍ
800.	ثَمٰنِمِائَةٍ	—	ثَمٰنِ مِائَةٍ
900.	تِسْعُمِائَةٍ	—	تِسْعُ مِائَةٍ

Nota. Centum et *ducenta* regulariter declinantur; reliqua a 300 — 900 componuntur absque copula و, unde utpote Numeralia *composita* (cf. supra II. a.) sunt indeclinabilia in Fathha. Verum considerantur quoque in Statu Regiminis, i. e. prius regens in Nominativo determinato, posterius rectum in Genitivo ponitur, v. c. ثَلَاثُ مِائَةٍ, ubi vides, per exceptionem مِائَةٍ in Genitivo singulari poni loco Genitivi pluralis مِئَاتٍ; Numeri enim a *tribus* ad *novem* regunt Nomen rei numeratae sive specialis in Genitivo plurali indeterminato, cf. §. 94. I. 1. et Ill. *de Sacy* Part. I. pag. 315. in Nota ad 747.

VI. *Millenaria* denique sunt: أَلْفٌ 1000; أَلْفَانِ 2000; ثَلَاثَةُ آلَافٍ 3000; أَرْبَعَةُ آلَافٍ 4000; et similiter usque ad 10.000. Deinde

إِثْنَا عَشَرَ أَلْفًا 12.000; أَحَدَ عَشَرَ أَلْفًا 11.000; ثَلَاثَةَ عَشَرَ أَلْفًا 13.000, et sic usque 99.000. Porro مِائَةُ أَلْفٍ 100.000; مِائَتَا أَلْفٍ 200.000; ثَلَاثُ مِائَةِ أَلْفٍ vel ثَلَثُمِائَةِ أَلْفٍ 300.000; cet. رِبْوَةٌ 1.000.000. Reliqua in Syntaxi occurrent §. 94.

§. 64. DE ORDINALIBUS ET RELIQUIS NUMERALIBUS.

I. *Ordinalia* a) (excepto *primo*, singillatim constructo, non vero cum aliis Numeris composito) a Cardinalibus formantur ad formam فَاعِلٌ ad *decimum* usque. b) A *vicesimo* autem et ultra ipsa Cardinalia inserviunt Ordinalibus exprimendis. c) In compositis quoque minor tantum est formae فَاعِلٌ. Sunt autem ab *undecimo* ad *undevicesimum* Ordinalia etiam *composita* sine copula و, sive indeclinabilia in Fathha; a *vicesimo primo* autem et ultra *copulata* per و declinantur. En eorum tabellam:

	Masc.	Fem.		Masc.	Fem.
1.	أَوَّلُ	أُولَى	6.	سَادِسٌ	سَادِسَةٌ
2.	ثَانٍ	ثَانِيَةٌ	7.	سَابِعٌ	سَابِعَةٌ
3.	ثَالِثٌ	ثَالِثَةٌ	8.	ثَامِنٌ	ثَامِنَةٌ
4.	رَابِعٌ	رَابِعَةٌ	9.	تَاسِعٌ	تَاسِعَةٌ
5.	خَامِسٌ	خَامِسَةٌ	10.	عَاشِرٌ	عَاشِرَةٌ

11.

	Masc.		Fem.	
11.	عَشْرَ	حَادِيَ	عَشْرَةَ	حَادِيَةَ
12.	عَشْرَ	ثَانِيَ	عَشْرَةَ	ثَانِيَةَ
13.	عَشْرَ	ثَالِثَ	عَشْرَةَ	ثَالِثَةَ
14.	عَشْرَ	رَابِعَ	عَشْرَةَ	رَابِعَةَ
15.	عَشْرَ	خَامِسَ	عَشْرَةَ	خَامِسَةَ
16.	عَشْرَ	سَادِسَ	عَشْرَةَ	سَادِسَةَ
17.	عَشْرَ	سَابِعَ	عَشْرَةَ	سَابِعَةَ
18.	عَشْرَ	ثَامِنَ	عَشْرَةَ	ثَامِنَةَ
19.	عَشْرَ	تَاسِعَ	عَشْرَةَ	تَاسِعَةَ
20.	عِشْرُونَ		عِشْرُونَ	
21.	حَادِي وَعِشْرُونَ		وَعِشْرُونَ	حَادِيَةٌ
22.	ثَانٍ وَعِشْرُونَ		وَعِشْرُونَ	ثَانِيَةٌ

Nota. 1) Pro خَامِسٌ et سَادِسٌ reperitur etiam خَامٍ, سَادٍ sive سَاتٍ, et absque Nunnatione: خَامِي, سَادِي sive سَاتِي.

2) Articulus praefigendus praemittitur a) ab *undecimo* usque *undevicesimum* soli Numero priori, qui tunc etiam declinatur, v. c. اَلثَّالِثُ عَشْرَ *decimus tertius*; in Genit. اَلثَّالِثِ عَشْرَ; in Accus. اَلثَّالِثَ عَشْرَ; b) a *vicesimo primo*

et

et ultra vero utrique Numero, v. c. ٱلْمَزْمُورُ ٱلرَّابِعُ وَٱلثَّمَانُونَ *psalmus octogesimus quartus*; فِي ٱلْمَقَامَةِ ٱلثَّالِثَةِ وَٱلْعِشْرِينَ *in Consessu* (Hariri) *vicesimo tertio*. Ordinalis ergo Numerus prout Adjectivum postponitur Substantivo, cum illo conveniens in Genere Numero et Casu.

II. *Fractis* Numeris a *tertia* parte ad *decimam* usque notandis peculiares inserviunt Numeri formarum: فُعْلٌ, فُعُلٌ et فُعِيلٌ, qui per tres declinantur Casus; Duali gaudent regulari, Plurali autem fracto formae أَفْعَالٌ, v. c. ثُلُثٌ vel ثُلِيثٌ *tertia pars*; سُدُسٌ vel سُدْسٌ *sexta pars*.

III. *Distributiva* indicantur vel geminatis Cardinalibus, v. c. وَاحِدٌ وَاحِدٌ *singuli*, إِثْنَانِ ٱثْنَانِ *bini*; vel, ab *uno* ad *decem*, peculiaribus vocibus, iisque vel solis vel iteratis, formarum مَفْعَلٌ, فَعَالٌ et مَفْعَّلٌ, quae diptota sunt (§. 61. R. IV. 6.), ut أُحَادُ sive وُحَادُ et مَوْحَدُ *singuli*; ثُنَاءُ ثُنَاءُ vel مَثْنَى مَثْنَى *bini*; رُبَاعُ vel مَرْبَعُ *quaterni*, rel.

IV. Numeralia *Temporis*, quae exprimunt, quo elapso temporis spatio aliquid recurrat, sunt formae فِعْلًا; ponuntur enim, Temporis quippe conditiones, (§. 91. II. 1.) in Accusativo vel cum vel sine Articulo, v. c. ثِلْثًا سَنَةً vel ٱلثِّلْثَ

ter-

tertio quovis anno; quando vero adpositum: *anno, mense* vel *die* facile e serie contexta intelligitur, omitti solet.

V. *Multiplicativa*, quae Latine per additum *—plex* v. c. *simplex* notantur, a distributivis descendunt decem prioribus formae فُعَالٌ, adjecta terminatione ـِيٌّ Adjectivorum relationis (§. 57. B), sunt itaque formae فُعَالِيٌّ, v. c. ثُنَائِيٌّ *duplex*, رُبَاعِيٌّ *quadruplex*, cet.

CAPUT IV.

De Particulis.

§. 65. DE PARTICULIS CONJUNCTIS.

Ad *Particulas* (حُرُوفٌ) referuntur *Adverbia*, *Praepositiones*, *Conjunctiones* et *Interjectiones*; abeuntque in *conjunctas* sive *inseparabiles* et in *separatas*. *Conjunctae* simpliciores, quae aliis perpetuo vocabulis praefiguntur, quatuor sunt Praepositiones: بِ, تُ, كَ et لِ; tria Adverbia: أَ, سَ et لَ, et duae Conjunctiones: فَ et وَ, quae omnes technicis comprehenduntur vocabulis: أَبْتَسَّ فَكَلَوْ.

I.

I. De Adverbiis conjunctis.

1) أَ (ה) est a) nota interrogationis: *an, num, numquid?* si vero sequitur in altero membro Particula interrogativa separata أَمْ, tunc utraque Particula fit disjunctiva, vertenda per *sive — sive*; v. c. أَأَنذَرْتَهُمْ أَمْ لَمْ تُنذِرْهُمْ *sive commoneas eos* (infideles), *sive non;* Cor. Sur. II., 6.

b) Vocat et propinquum, v. c. أَيُوسُفُ *o Josephe!* et remotiorem, praefixa vero Particulae يَا, ut أَيَا *o! heus!*

2) سَ pro سَوْفَ (§. 24. I.) *futurum est*, μελλει, Aoristum II. ad certissimum restringit Futurum, v. c. سَتَذْرِي ٱلدَّمَ لَا ٱلدَّمْعَ إِذَا عَايَنْتَ لَا جَمْعَ يَقِي فِي عَرْصَةِ ٱلْجَمْعِ *Certe sanguinem effundes, non lacrymas, quum nullum prorsus esse videbis* (amicorum) *coetum, qui in aggregationis atrio* (die extremi judicii) *protegat.* Harir. Exedr. XI.

3) لَ per *Fathha* a) vocandi est nota ad opem ferendam, v. c. يَا لَزَيْدٍ *o Zaide, opem fer!* b) Confirmat in apodosi, et praecipue initio ponitur Praedicati, cujus Subjecto praecedit إِنَّ; Articuli vero Hamza post لَ excidit, v. c. وَإِنَّهُ لَلْحَقُّ مِنْ رَبِّكَ *profecto illud est veritas a Domino tuo.* c) In con-

conditionalibus sententiis respondet antecedenti لَوْ *si* vel لَوْلَا *nisi*, v. c. لَوْ جِئْتَنِي لَأَكْرَمْتُكَ *si venires ad me, utique te honorarem.* In jurejurando tamen potest et praeponi conditioni, ut وَاللّٰهِ لَئِنْ أَكْرَمْتَنِي لَأُكْرِمَنَّكَ *per Deum! si tu me honorares, sane et ego te honorarem.*

II. De Praepositionibus conjunctis.

1) بِ (ב) polysema significat

a) *cum, una cum*, v. c. أَكَلْتُ خُبْزًا بِتَمْرٍ *comedi panem cum dactylis.* In hac significatione Verba intransitiva, inprimis *adveniendi* vel *discedendi* reddit transitiva, quae ergo vertuntur per *adducere, dare* et *abducere, eripere*, v. c. أَتَوْا بِكِتَابٍ *venerunt cum libro*, i. e. attulerunt librum; ذَهَبُوا بِالْفَتَى *abierunt cum juvene*, i. e. abduxerunt eum.

b) *Instrumentum* vel *causam; per* quam fit aliquid, v. c. كَتَبْتُ بِالْقَلَمِ *scripsi cum calamo*, دَلَّيٰهُمَا بِغُرُورٍ *dejecit eos duos per fallaciam;* Sur. VII., 21.

c) *Locum*, in quo quis est vel aliquid fit, v. c. بِالْمَسْجِدِ *in oratorio.*

d) *Compensationem, talionem* et *permutationem*, v. c. بِأَيِّ ذَنْبٍ قُتِلَتْ *pro quonam delicto occisa est?*

est? Sur. LXXXI, 9. اَلنَّفْسَ بِالنَّفْسِ وَالْعَيْنَ بِالْعَيْنِ *vita pro vita et oculus pro oculo*, Sur. V., 49. اِشْتَرَوُا الضَّلَالَةَ بِالْهُدَى *permutarunt aberrationem cum directione;* Sur. II. 15.

e) Pro varia serie contexta exprimit vel *propter* v. c. بِسُخْطِكَ *propter iram tuam;* vel *pro, secundum*, v. c. بِرَحْمَتِكَ *pro misericordia tua;* vel *erga, in*, v. c. حَسُنَ بِهِ *benignus erga eum.*

f) Valet *per* in jurejurando, v. c. بِاللّٰهِ *per Deum!*

g) Praefigitur tanquam ب *essentiae* Praedicato, quod in Nominativo esse deberet, cum significationis intensione, maxime in sententia negante, v. c. مَا اللّٰهُ بِغَافِلٍ *Deus nequaquam negligit* (ad verbum: *Deus non est in negligente*), Sur. II., 79.; rarius in adfirmante, cf. Sur. XLVI, 33.

h) In Verbis transitivis Accusativo Objecti praefixa significationem intendit, v. c. فَلَمَّا .... أَجْلَبَ بِخَيْلِهِ وَرَجِلِهِ *Cumque undique adduxisset, quotquot essent, equites et pedites suos*, i. e. quos copiosissimos adducere solet talis solemnitas; Harir. Cons. VII.

i) Post إِذَا *ecce* emphatice praeponitur Nomi-

ni

ni ejus, qui est contemplandus, v. c. إِذَا بِرَجُلٍ *ecce virum!*

k) Multorum denique Verborum constructioni inservit, v. c. حَسَّ بِالشَّيْءِ *percepit rem*, مَرَرْتُ بِزَيْدٍ *praeterii Zaidum.* Cf. §. 87. 1.

2) تُ tantum in juramento per Deum adhibetur, v. c. تَاللّٰهِ *per Deum!*

3) كَ (ك) Genitivum regit, indicans vel *sicut, instar*, ut كَرَجُلٍ *sicut vir*, كَأَنَا *sicut ego*, vel etiam, sed rarissime, cum Suffixo: كَيْ *sicut ego*, كَكَ *sicut tu*, cet.; vel *juxta, secundum*, ut كَنَحْوِ ضَمِيرِهِ *secundum propositum animi ejus.* Cum Demonstr. ذَا vel Relat. مَا: كَمَا كَذَا significat *sicut, ita.* Per pleonasmum conjungitur cum Nomine مِثْلٌ, ut كَمِثْلِ الْحِمَارِ *instar similitudinis asini*, pro *sicut asinus.*

4) لِ per *Kasra* (ل)

a) Dativi nota est (§. 61. *A.* Nota 1.), quae cum Suffixis, excepto لِي *mihi*, notatur per Fathha, ut لَكَ *tibi*, لَهُمْ *iis*, cet.

b) Varias induit significationes, v. c. *ob, propter*, ut لِعِظَمِ قُرُونِهِ *ob magnitudinem cornuum suorum; inter*, v. c. لِلنَّاسِ *inter homines; ad*, vel de tem-

tempore, v. c. لِيَوْمِ ٱلْقِيَامَةِ *ad diem resurrectionis*, vel *ad* de fine, ut: *Deus creavit hominem* لِخَشْيَتِهِ *ad timendum eum; post*, v. c. لِزَوَالِ ٱلشَّمْسِ *post occasum solis; per* in jurejurando, ut لِلّٰهِ *per Deum!*

c) Ante Aoristum II. denotat *ut*, et exprimit Conjunctivum, v. c. لِيَأْكُلَهُ *ut comederet illud*, cf. §. 29. II.

d) Cum Aoristo II. apocopato supplet totam tertiam Personam, et primam pluralem Imperativi, ubi praecedente فَ vel وَ suum perdit Kasra, v. c. فَلْيَأْكُلْ *comedat*, cf. §. 30. II.

III. De Conjunctionibus non separatis.

1) فَ (אף).

a) significat *ac, dein*, praecedenti subjungens id, quod revera, utpote posterius, sequitur, sine tamen mora, quo differt a ثُمَّ *tum*, v. c. جَاءَنِي زَيْدٌ فَعَمْرٌو *venit ad me Zaidus, deinde* (mox postea) *Amru*. A وَ *et* discrepat eo, quod illatum ex praecedentibus subjungit, v. c. غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَأَتَى إِلَى عَيْنِ مَآءٍ *Cervus, quum aliquando sitiret, venit ad fontem aquae*, Locman. Fab. II.; saepius tamen ut وَ simpliciter copulat.

b)

b) Post أَمَّا Particulam incipiendi necessario sequitur sensu responsorio in apodosi, v. c. أَمَّا مَا يُوجَدُ بِمِصْرَ مِنَ ٱلْآثَارِ ٱلْقَدِيمَةِ فَشَيْءٌ *Attamen id quod invenitur in Aegypto ex ruinis priscis, res est*, cet. quasi dicat: Si me autem interrogaveris de eo, quod invenitur in Aegypto cet., respondeo, rem esse, cet. *Abdullat.* Memorab. Aeg. I, 4.

c) Eleganter primae praecipue et tertiae Personae Imperativi praemittitur, ubi non raro per *ergo*, *igitur* commode potest reddi, v. c. فَتَوَكَّلُوا *confidite ergo*, Sur. V., 26. Cf. §. 30. II.

d) Nonnunquam *ne* vertenda est, Sur. II., 33. (al. 35.) *Ne adpropinquetis huic arbori*, فَتَكُونَا مِنَ ٱلظَّالِمِينَ *ne sitis ex iniquis.*

2) وَ (١) est a) Saepissime copula *et*, *etiam*; b) Particula jurandi, Genitivum regens, v. c. وَرَبِّ *per Dominum!* c) Praepositio *cum* regens Accusativum, cf. §. 91. II. 4. d) وَأَوْ ٱلْحَالِ *statum, dispositionem* exprimens, cf. §. 91. II. 6. a. e) Vices gerit Particulae رُبَّ *forte*, *interdum*, *saepe*, Genitivum regens, v. c. وَفِتْيَةٍ هَجَرُوا *saepe juvenes discesserunt*, Hamas. in Chrestom. *Jahn.* p. 193.

Nota.

Nota. عُ et مِ pro عَنْ *ab* et مِنْ *ex* adparet in concentratione cum altera voce, v. c. عَمَّا pro عَنْ مَا *ab eo, quod*; مِمَّنْ pro مِنْ مَنْ *ex iis, qui.*

§. 66. DE PARTICULIS SEPARATIS.

A. De Adverbiis.

I. Adverbia usitatiora in tironum gratiam inserimus, missis tamen variis illorum significationibus, quas recensere atque exemplis confirmare solent Lexica.

1) Adverbia Gradus et Comparationis:

إِنَّمَا, فَقَطْ *duntaxat, tantum*

أَنَّى *quomodo?*

كَأَنَّ *sicut, quasi, ac si*

كَمَا, كَيْفَ *sicut*

كَذَا, كَذَلِكَ *ita, sic.*

2) Adverbia Temporis:

الآنَ, لَآنَ *nunc*

إِذْ, de Praet. إِذَا, إِذَامَا de Fut. *cum, si, quando;* etiam; *ecce*

امس

أَمْسِ *heri*

أَيَّانَ, إِيَّانَ (quasi أَيَّ آنٍ) *quando?*

بَعْدُ *post, postea,* et cum negandi Particula: *nondum*

ثُمَّ, ثُمَّتَ, *tum, deinde*

حَتَّى مَا *quousque?*

سَوْفَ, سَوْ, سَيْ, سَفْ *futurum est,* μελλει, §. 65., I. 2.

عَوْضُ et عَوْضَ *ullo tempore,* semper cum negatione

قَطْ, قَطُّ, قَطِّ, قُطْ, قُطُّ, *unquam,* cum negatione de Praeterito.

قَبْلُ et قَبْلَ *ante, prius*

قُبَيْلُ قَدْ *paulo ante*

قَدْ, فَقَدْ, لَقَدْ *certe, jam, modo, dudum;* cum Aor. I. indicat Praeteritum, cum Aor. II. actionem vel futuram vel praesentem ut contingentem, et verti solet: *quandoque, interdum*

لَمَّا *nondum*

مَتَى *quando,* مَتَى مَا *quomodocunque*

3) Adverbia Loci:

118

أَنَّى *ubicunque, unde?*

أَيْنَ *ubi? quo?* مِنْ أَيْنَ *unde?*

أَيْنَمَا *ubicunque, quocunque*

حَيْثُ, حَيْثَ *ubi, ubicunque*

حَيْثُمَا idem; مِنْ حَيْثُ *unde?* إِلَى حَيْثُ *quo?*

بِحَيْثُ *ita ut*

فَوْقَ, فَوْقُ *supra, magis quam*

هُنَا et هَنَا *hic, hoc loco.* Ab hoc Adverbio instar Pronominum demonstr. (§. 19.) formantur Adverbia demonstrativa: هُنَا et هَاهُنَا *hic*, de distantia vicina; هُنَاكَ *ibi*, de media; هُنَالِكَ *illic*, de remota. مِنْ هُنَا *ex hoc loco;* مِنْ هُنَالِكَ *ex illo loco;* إِلَى هُنَا *huc,* إِلَى هُنَالِكَ *illuc.*

4) Adverbia Interrogationis:

119

أَ (§. 65. I. 1.), هَلْ, فَهَلْ *an?* Cum Adverbiis negandi: لَا, مَا, لَمْ fit: أَلَا *annon?* أَمَا, أَلَمْ idem; interserta praeterea فَ vel وَ: أَفَلَمْ, أَوَلَمْ; أَفَلَا, أَوَلَا, *nonne?*

5.

5) Adverbia Causae:

لِهٰذا, لِذٰلِكَ *propterea*; لِمَا et لِمَ *quare, cur?* 120

6) Adverbia Confirmationis:

نَعَمْ, (جَيْرِ et جَيْرَ), جَيْرِ, بَلَى, إِي, إِنَّ, أَمَّا, أَجَلْ 121

profecto, certe, utique, sane, et simil.

7) Adverbia Repetitionis, Probabilitatis: 122

رُبَّ (رُبَّ, رُبَّ, رُبَّ, رُبَّ, رُبَّ, رُبَّ, رُبَّ, رُبَّ et رُبَّتَ)

multum, saepe, nonnunquam, forsan.

عَلَّ, لَعَلَّ *forsan,* in spe vel metu; مَعًا *simul,* cet.

II. Praeterea saepissime exprimuntur Adverbia:

1) Per Infinitivum absolutum, vel per solum Adjectivum illius, §. 76. 4. a.

2) Per Substantiva aut a) in Accusativo posita, qui propterea *adverbialis* dicitur *Casus*, §. 91. II.; aut b) abjecta Nunnatione, cum simplici Nominativi motione Ddamma, indeclinabili modo (si enim tanquam Praepositiones Genitivum regant, Fathha Accusativi adsciscunt), v. c. بَعْدُ *postea*, قَبْلُ *prius*, فَوْقُ *supra*, cet.; aut c) constructa cum aliqua Praepositione in Genitivo, v. c. بِسُهُولَةٍ *cum facilitate* i. e. facile; بِحِلْمٍ *in cle-*

 men-

mentia i. e. clementer; إِلَى ٱلآنِ *usque ad hoc tempus* pro hactenus; مِنْ ٱلآنِ *inde ab illo tempore* pro dehinc, deinceps, ἀπὸ τοῦ νῦν, cet.

B. De Praepositionibus.

I. Praepositionum, quae universae regunt Genitivum, omnium frequentissime usurpantur:

إِلَى *ad, usque*

حَاشَا *praeter, praeterquam*, cf. §. 91. II. 5. c.

حَتَّى *usque, donec*

خَلَا } sunt Verba excipiendi (§. 91. II. 5. c.)
عَدَا } et redduntur per *praeter, praeterquam*

عَلَى *super, supra; ad, secundum, juxta; prae, propter, per*

عَنْ *a, ab, ex, pro, prae, post, de*

عِنْدَ *apud, penes; cum, quando* de tempore

فِي *in, inter, relate ad, de, per*

لَدَى, لَدُنْ, لُدُنْ, لَدْ, لُدْ, لَدُ *ad, usque, apud, penes*

مِنْ *a, ab; e, ex; prae, de*

مُنْذُ, مُذْ (i. e. مِنْ إِذْ *ex tunc*) *ex, ab eo tempore*

مَعَ *cum.*

II.

II. Praepositiones notantur quoque per Substantiva, quae modo adverbiali sunt vel in Accusativo, vel in Genitivo cum Praepositione; in utroque Casu tamen absque Nunnatione, quia tanquam Praepositiones regunt Genitivum, et ita in Statu Regiminis versantur, v. c. فَوْقَ vel مِنْ فَوْقِ *supra;* تَحْتَ vel مِنْ تَحْتِ *infra;* قَبْلَ, مِنْ قَبْلِ *ante;* أَمَامَ *coram;* قُدَّامَ *ante;* خَلْفَ *post;* بَيْنَ *inter.;* حَوْلَ *circa;* بَعْدَ *post;* دُونَ *praeter, infra;* عَبْرَ *trans;* بَدَلَ *pro;* شَطْرَ *versus;* نَحْوَ *secundum, juxta;* سِوَآءَ, سِوَى, غَيْرَ *praeter;* لِأَجْلِ vel مِنْ أَجْلِ *propter;* cet.

C. De Conjunctionibus.

1) Copulativae: praeter فَ et وَ (§. 65. III. 1. 2.) ثُمَّ et حَتَّى *postea.*

2) Disjunctivae: أَوْ, أَمْ, أَمَّا, إِمَّا *aut, vel,* et repetitae: *sive - sive.*

3) Adversativae: بَلْ *sed, at vero, imo;* لَكِنْ, لَكِنَّ *attamen, verum.*

4) Conditionales: لَوْ, إِنْ, لَئِنْ *si, quodsi;* إِمَّا *si, quodsi, quando;* et cum Particulis negandi: إِنْ لَمْ, لَوْمَا, لَوْلَا, إِلَّا *nisi.*

5) Causales: أَنَّ, أَنَّهُ, لِأَنَّ *quia, propterea quod, quoniam*; عَلَى أَنْ *adeo ut*; أَنْ, لِكَيْ كَيْ *ut*; cum Particulis negantibus: لِئَلَّا أَلَّا; لِكَيْلَا كَيْلَا *ne, ut ne.*

6) Concessivae: وَإِنْ *etsi*; وَلَوْ *quamvis*; مَعْ إِنْ idem.

7) Inceptivae: أَمَّا, وَأَمَّا, فَإِنَّ إِنَّ, إِنَّمَا *et quidem, autem, sane*, cet.

D. De Interjectionibus.

Maxime frequentes Interjectiones sunt: إِذْ, إِذَا, هَا *ecce!* تَا, هَلَا, هَلَّا *agedum! adesdum!* لَيْتَ *utinam!* يَا, أَ, آ *o! heu!* أَخْ, أَخَّ, أَهْ, أَهِ, آهْ, آهِ (pro أَوْهِ) *ah! heu!* أُفِّ, أُفَّ, أُفُّ vel أُفٍّ, أُفًّا, أُفٌّ *phy! vah!* وَا *eheu!* وَيْلٌ *vae!* cet.

LIBER III.

De Syntaxi.

CAPUT I.

De Syntaxi Articuli et Pronominum.

§. 67. DE USU ARTICULI.

I. Articulus in universum praeponitur Nomini generali, quod res plures complectitur, *determinato*, sive a) per contextum, qui generale Nomen

men ad *certam partem* restringit, v. c. الرَّجُلُ *certus ille vir*, de quo nimirum antea jam fuit sermo; sive b) quia aliunde *notum* est, v. c. السُّلْطَانُ *princeps* ille scilicet, de quo subditi ejus loquuntur; sive c) quia unicum est in genere suo, v. c. الشَّمْسُ *sol*; القَمَرُ *luna*. Si vero generale Nomen de toto genere universim usurpatur, Articulus jam ponitur, jam omittitur, v. c. النَّاسُ *homines*, شَجَرٌ *arbores*. In specie autem

II. Nominibus *propriis* non solet praefigi, v. c. زَيْدٌ *Zaidus*, سُعَادُ *Soada* fem., مِصْرُ *Aegyptus*, nisi sint Nomina proprie adpellativa, quae praemisso demum Articulo aut ad certum individuum determinantur, aut per *antonomasiam* usurpantur, v. c. الحَارِثُ *Alhhareths*, propr. *arator*, dein Nomen proprium, regum praecipue celebrium, Arabibus frequens, ut nobis *Bauer*, sive *Georgius*; الفَضْلُ *Alfattlu*, propr. *praestantia*; (rarius occurrunt etiam absque Articulo, v. c. حَسَنٌ *(pulcher) Hhasan* pro الحَسَنُ); الكِتَابُ ἡ βίβλος pro *Alcorano*, النَّبِيُّ ὁ προφήτης pro *Mohhammede*. Nec

III. Nominibus praemittitur, quae, sive per Suffixum additum, sive per Statum Regiminis, satis jam sunt determinata, v. c. كِتَابِي *liber meus*,

us, يَوْمُ ٱلدِّينِ *dies judicii*, صَاحِبُ مَالٍ *possessor divitiarum*. Articulus autem in Genitivo recto communem regulam (supra I.) sequitur, ut et praecedentia jam docent exempla, et sequens: رَأْسُ ٱلْحِكْمَةِ مَخَافَةُ ٱللّٰهِ *Initium sapientiae timor Dei*.

IV. Adjectivo denique et Participio, quod pertinet aut ad Substantivum determinatum, sive per Articulum, sive per Statum relationis vel adSuffixum vel ad Genitivum rectum; aut ad Nomen proprium, pariterArticulus est praefigendus, v. c. اَلْعَاقِلُ ٱلْمَحْرُومُ أَخْيَرُ مِنَ ٱلْجَاهِلِ ٱلْمَرْزُوقِ *Sapiens pauper praestat divite stulto*; عَبْدُهُ ٱلْأَمِينُ *servus ejus fidelis*; عَبْدُ ٱللّٰهِ ٱلصَّالِحُ *servus Dei bonus*; إِبْرَاهِيمُ ٱلْأَمِينُ *Abraham fidelis*.

§. 68. DE USU PRONOMINUM PERSONALIUM.

I. Nominativum Pronominum indicari *separatis*, Casus autem obliquos *suffixis* Pronominibus, supra quidem (§. 18. I.) observavimus. Verum ad emphasin Suffixi exprimendam, notio illius repetitur per additum Pronomen *separatum* ejusdem Personae, Generis ac Numeri, quod ergo tunc etiam in obliquo Casu est vertendum, v. c. مَا مَنَعَكُمَا أَنْتُمَا مِنْ ذٰلِكَ *quid prohibet vos, vos, inquam, duos ab illo?*

II.

II. Separata non occurrunt, nisi

1) Ad emphasin notandam, quando scilicet Subjectum per illa a ceteris omnibus est distinguendum, atque indicandum, illud tantum Subjectum, et non aliud, esse Agens vel Patiens Orationis, quo in casu dignitatis gratia initio semper enunciationis ponenda sunt Pronomina et separata, siquidem Nominativus sit exprimendus, et suffixa ad Casus obliquos designandos; eaque posteriora vel cum إِيَّا, si obliquus Accusativi, vel, si alius obliquus sit notandus, cum Nominibus vel Praepositionibus suis, a quibus videlicet obliquus Casus pendet. En exemplum in *Nominativo:* أَنَا هُوَ ٱلرَّبُّ إِلٰهُكَ *Ego sum ille Dominus Deus tuus*, quem nimirum solum, ceteris omnibus exclusis, colere debes; in *Accusativo:* ٱلشَّرَّ ٱلَّذِي لَا أُرِيدُهُ إِيَّاهُ أَعْمَلُ *malum, quod nolo, illud ipsum ago*; وَاحِدَةً طَلَبْتُ مِنَ ٱلرَّبِّ إِيَّاهَا أَلْتَمِسُ *unicum* (femininum Genus in textu adest pro neutro Latinorum) *petii a Domino, hoc* (solum, nihil aliud) *requiram*; in *Genitivo:* غُلَامَهُ ضَرَبْتُ *nullum, nisi ejus servum verberavi*; in *Dativo:* لَهُ قُلْتُ *illi soli dixi*; in *Ablativo:* مِنْهُ أَخَذْتُ *ab illo solo accepi.*

2)

2) Separata porro usurpantur, quando inter Subjectum et Praedicatum (cum aliqua emphasi) vices gerunt Verbi Substantivi. Tunc autem sunt vel in tertia Persona, Subjecti Persona prorsus neglecta; vel in eadem cum Subjecto Persona; v. c. اللّٰهُ هُوَ ٱلْحَيُّ ٱلْقَيُّومُ *Deus utique vivus est; per se subsistens;* أَنَا هُوَ ٱلرَّبُّ إِلٰهُكَ *ego sum Dominus Deus tuus;* مَا أَنَا هُوَ *non ego is* i. e. non ego sum.

Nota. Subjectum si notetur per Suffixum, cum Particula إِنَّ constructum, ante Praedicatum semper sequitur Verbi Substantivi loco Pronomen separatum in eadem cum Subjecto Persona, ut إِنَّكَ أَنْتَ ٱلْوَهَّابُ *profecto tu es munificentissimus;* إِنِّي أَنَا رَبُّكَ *sane ego solus sum Dominus tuus.*

III. 1) Verbis, eorumque Infinitivis vel Participiis, duos Accusativos regentibus (§. 83), duo quoque Suffixa possunt adjungi, si praecedat vel Suffixum primae Personae Suffixo secundae vel tertiae, ut سَلْنِيهَا *roga me illud;* vel Suffixum secundae Personae Suffixo tertiae, v. c. أَسْقَيْتُكُوهُ *dedi vobis illud bibendum*, (ubi Suffixum كُمْ, praecedens Suffixo alteri, و antecedente Ddamma sibi adjungit); vel si utrumque Suffixum sit

ter-

tertiae Personae, diversi tamen Numeri vel Generis, ut أَسْقَيْتُهُمَاهَا *bibendum dedi iis duobus illud.* Si vero vel prius Suffixum sit tertiae, et posterius primae aut secundae Personae; vel si utrumque sit tertiae Personae ejusdem Numeri ac Generis; posterius praefixa Particula إِيَّا separato modo exprimitur, ut أَعْطَيْتُهُ إِيَّاكَ (non أَعْطَيْتُهُكَ) *dedi illi te*; ظَنَنْتُكَ إِيَّاكَ (non ظَنَنْتُكَكَ) *putavi, te esse teipsum.*

2) In priori casu, ubi duo Suffixa possunt addi, posterius praefixa Particula إِيَّا licet quoque separare, idque rectius in Infinitivis et Participiis, quum in finito Verbo contra elegantius utrumque Suffixum adjungatur.

3) Unicum quoque Suffixum eodem separato modo indicatur, si Verbo cum emphasi quadam praemittitur, ut إِيَّاكَ نَعْبُدُ وَإِيَّاكَ نَسْتَعِينُ *Te solum* (non aliam Deum) *colimus, teque solum in auxilium imploramus.* Sur. I, 4.

4) Suffixum Participii aut Adjectivi verbalis potest vel separari cum Particula إِيَّا quasi in Accusativo; vel simpliciter adfigi tanquam Pronomen possessivum, in quo posteriori casu Nunnatio perit, excepto Duali ac Plurali sano, ubi ن

fina-

finale modo retinetur, modo excidit, ut ضَارِبُونَكَ vel ضَارِبُوكَ *percutientes te.*

IV. Denique Pronomina personalia, prout reliqua Pronomina, Adjectiva, Participia et Verba, singulari modo cum Substantivo, ad quod pertinent, in Singulari construuntur feminino, si Substantivum sit in Numero plurali, atque exprimat vel animalia irrationalia aut res inanimatas, vel rationalia quidem, sed in Plurali fracto, sive non sano, qua de re infra recurret sermo §. 95. II. 2. a.

§. 69. DE USU PRONOMINUM DEMONSTRATIVORUM.

Demonstrativum semper construitur cum Substantivo determinato, cui praeterea, si per Articulum sit restrictum, Demonstrativum praemittitur, ut هَذَا ٱلْفَتَى *iste puer*, تِلْكَ ٱلْفَتَاةُ *illa puella*; si vero Substantivum per Statum relationis vel ad Suffixum vel ad Genitivum Nominis recti sit determinatum, Demonstrativum postponitur, ut فَتَى زَيْدٍ هَذَا *famulus Zaidi iste*; in casu enim posteriori si praecederet Demonstrativum, ut: هَذَا فَتَى زَيْدٍ alius longe oriretur sensus, integra scilicet enunciatio, cujus Subjectum esset prae-

ce-

cedens Demonstrativum هَذَا, Praedicatum vero sequens فَتَي زَيْدٍ, vertenda per: *Iste est famulus Zaidi.*

§. 70. DE USU PRONOMINUM RELATIVORUM.

I. Relativum اَلَّذِي *is qui*, اَلَّتِي *ea quae*, Articulo quippe restrictum (§. 20. A. I.), referri tantum potest ad Nomen quocunque modo *determinatum*; quare supprimitur, quando ad indeterminatum pertinet, v. c. رَأَيْتُ جَمْعًا عَلَي قَبْرٍ يُحْفَرُ وَمَجْنُوزٍ يُقْبَرُ *Vidi turbam penes sepulcrum, quod effodiebatur, et penes mortuum, qui sepeliebatur*; Harir. Cons. XI.

II. Duali excepto, non declinatur; obliqui autem Casus illius compensantur per Suffixa, adjungenda scilicet iis Nominibus, Verbis vel Praepositionibus sequentibus, a quibus obliquus Relativi Casus pendet; ubi praeterea observandum, priori hujus Relativi parte (ex duplici enim constat, quum significet *is qui, ea quae*) absque ulla compensatione omnem exprimi Casum, quem antecedens enunciatio regit, atque compensari tantum Casum posterioris partis obliquum, quem subsequens postulat membrum. Dicitur ergo:

نصرت

نَصَرْتُ ٱلَّذِي نَصَرْتَهُ *adjuvi eum, quem tu adjuvisti,* et نَصَرْتُ ٱلَّتِي نَصَرْتَهَا *adjuvi eam, quam tu adjuvisti,* ubi Accusativus prioris Relativi partis: *eum, eam,* qui a praecedenti regitur membro: *adjuvi,* non compensatur; sane autem Accusativus posterioris partis: *quem, quam,* qui pendet a Verbo membri sequentis نَصَرْتَ, cui propterea Suffixum compensans هُ, هَا accedit. Casus itaque obliquus prioris Relativi partis in ipso Relativo per Praepositionem, et in Duali per Declinationem indicatur; nunquam vero posterioris partis, cujus Casus obliquus, ipso Relativo non mutato, semper per Suffixum compensatur; unde optime dicitur: دَفَعْتُ عِشْرِينَ دِينَارًا لِلَّذِي جَاءَ إِلَيَّ *dedi viginti aureos illi, qui venit ad me,* ubi Dativus prioris Relativi partis: *illi* per Praepositionem لِ in ipso Relativo notatur; non autem, ut in Latino, dicere licet: جَاءَ لِلَّذِي دَفَعْتُ عِشْرِينَ دِينَارًا *venit is, cui dedi viginti aureos;* nam Dativus posterioris Relativi partis: *cui* per Suffixum debet compensari, ut: جَاءَ ٱلَّذِي دَفَعْتُ لَهُ آلخ ad verbum: *venit, qui dedi ei* cet. pro: *cui dedi* cet. Similiter in Duali: نَصَرْتُ ٱلرَّجُلَيْنِ ٱللَّذَيْنِ نَصَرَاكَ *adjuvi du-*

duos viros eos, qui te adjuverunt, ubi *eos* per obliquum اَللَّذَيْنِ designatur; et: جَاءَ الرَّجُلَانِ اَللَّذَانِ نَصَرَتْهُمَا *venerunt duo viri ii, quos adjuvi*, ubi Nominativus prioris partis *ii* per Casum rectum Relativi, et obliquus posterioris *quos* per Suffixum compensans indicatur. Pari demum ratione cum Praepositionibus etiam per compensationem est dicendum: اَلَّذِي أَخَذْتُ مِنْهُ *is, a quo accepi*; اَلَّذِي تَكَلَّمْتُ عَنْهُ *is, de quo loquutus sum.*

Nota. 1) Saepius Suffixum compensans omittitur, si videlicet Accusativum exprimit, rectum a Verbo transitivo vel Participio, ut: اَلْمَالُ اَلَّذِي تَشْتَهِي أَنْفُسُنَا *divitiae, quas expetunt animae nostrae*, ubi Suffixum ـهُ in تَشْتَهِي desideratur.

2) Una cum Praepositione Suffixum compensans deest, si praecedens Relativum eadem gaudet Praepositione, ut مَرَرْتُ بِالَّذِي مَرَّ سُلَيْمَانُ *praeterii eum, quem praeteriit Solaiman*, ubi post مَرَّ deficit بِهِ.

III. Vices Relativi haud raro gerit Articulus اَلْ, maxime in Participiis (infra §§. 80. IV. 81. II.), ut: وَأَمَّا اَلْأَهْرَامُ اَلْمُتَحَدَّثُ عَنْهَا اَلْمُشَارُ إِلَيْهَا *Attamen pyramides, de quibus fit sermo, ad quas fit indicium*, cet. *Abdullat.* Mem. Aeg. I., 4.; Articu-

lum

lum in utroque Participio Relativi locum tenere, duplex docet obliqui Casus compensatio per Suffixum هَا. Interdum praefixa وَ eandem Relativi virtutem habet, ut وَعَرْضُ أُسْوَانَ وَهِيَ مَبْدَا أَرْضِ مِصْرَ... وَعَرْضُ دَمِيَاطَ وَهِيَ أَقْصَى أَرْضِ مِصْرَ *Latitudo vero Osuanae, quae est initium territorii Aegypti... et latitudo Damiatae, quae est extrema terrae Aegypti*, cet. Abdull. I., 1.

IV. Relativum مَنْ de *personis* utriusque Generis, i. e. de rationalibus, et مَا de *rebus* i. e. de irrationalibus quidem usurpatur; nonnunquam vero utrumque inter se permutatur, et مَنْ de irrationalibus adhibetur, haec si per tropum assimilantur rationalibus, vel si eadem dictione personae ac res comprehenduntur; et iisdem ex causis مَا de rationalibus occurrit. Ceterum hujus quoque Relativi Casus obliqui instar Pronominis اَلَّذِي (supra II.) per Suffixa compensantur.

§. 71. DE USU PRONOMINUM INTERROGATIVORUM.

I. مَنْ et مَا utrumque per omnia Genera, omnesque Numeros et Casus non variatum servatur, si Nomen subjicitur personae vel rei, de

qua

qua interrogatur. Peculiari autem modo (§. 20. B. I.) declinatur مَنْ, si quis interrogat de persona, quam alter non proprio, sed adpellativo Nomine, vel indeterminate commemoravit, v. c. si quis dicat: جَاءَنِي رَجُلٌ *venit ad me vir aliquis*, interrogatur: مَنْ هُوَ *quis est iste?* vel si quis dicat: قَتَلْتُ رَجُلًا *occidi virum*, interrogabis: مَنًا *quemnam?* Si tamen huic interrogationi aliquid additur, مَنْ rectius non declinatur, ut مَنْ قَتَلْتَ *quem occidisti?*

Nota. Post Interrogativum مَا intensive nonnunquam sequitur Demonstrativum ذَا, ut Hebraice מַה-זֶּה, Chald. מָא, דָּא Latine *tandem*, Graece ποτε, Germanice *denn*, *doch*, v. c. لِمَاذَا *quare tandem?*

II. De أَيٌّ et أَيَّةٌ cf. §. 20. B. II. Idem أَيٌّ admirationi notandae si inserviat, semper post se habet Nomen indeterminatum rectum, أَيٌّ vero Adjectivi instar in Casu convenit cum praecedente Nomine, si sit indeterminatum, ut جِئْتَنِي بِرَجُلٍ أَيٍّ رَجُلٍ *venisti ad me cum viro, at quali viro!* si vero praecedat aut determinatum aut proprium Nomen, أَيٌّ tanquam adpositum adverbiali modo ponitur in Accusativo, ut: جَاءَنِي زَيْدٌ أَيَّ رَجُلٍ *venit ad me Zaidus, qualis vir!*

§.

§. 72. DE PERIPHRASI PRONOMINUM SIMILIUMVE VOCABULORUM, QUAE CERTIS CARENT FORMIS.

I. Pronomen *possessivum* indicant Suffixa, cum Nominibus constructa, v. c. كِتَابِي *liber meus*, cet. (§. 62.). Interroganti autem, v. c. لِمَنْ هٰذَا ٱلْكِتَابُ *cujusnam est liber iste?* respondetur per notam Dativi cum Suffixo: لِي *mihi*, لَكَ *tibi*, cet.; vel secundum vulgi praxin per Substantivum مَتَاعٌ cum Suffixo, ut مَتَاعِي, مَتَاعُكَ *supellex mea, tua*, cet.

II. *Reflexivum* exprimunt Suffixa, constructa cum Nominibus: نَفْسٌ *anima*, ذَاتٌ *essentia* et عَيْنٌ *oculus*, rarius vero cum: وُجُودٌ *existentia*, رُوحٌ *spiritus*, رَأْسٌ *caput*, فُوهٌ *os, oris*, جَوْهَرٌ *essentia*, et simil., v. c. نَفْسِي *egomet*, ذَاتُكَ *tumet*, عَيْنُهُ *ipsemet*. Similiter notatur Pronomen *Idem*, sed vel Substantivo in adpositione postponitur, conveniens ergo in Casu et Numero cum illo, ut نَفْسُهُ ٱلرَّجُلُ *idem vir*, ذَاتُهَا ٱلْإِمْرَأَةُ *eadem mulier*; vel Nomina illa absque Suffixo post se habent Substantivum suum in Genitivo recto, ut نَفْسُ ٱلرَّجُلِ; ذَاتُ ٱلْإِمْرَأَةِ. Nomina enim ista, cum Suffixis conjuncta, non modo per Casus, sed per Numeros etiam, ut reliqua Substantiva, de-

cli-

clinantur; ut نفساكما *vosmet duo*, ذواتنا *nosmet ipsi*, cet. Quando denique ejusmodi Pronomina cum Praepositione ب construuntur, intensio vel Superlativus eorum significatur, ut اَلرَّجُلُ بِذَاتِهِ *ipsissimus ille vir*.

III. Interrogativum اَيٌّ et solum et compositum cum مَنْ, مَا enunciative sive distributive adhibetur, ut اَيُّمَنْ *quicunque, quaecunque* de personis, اَيُّمَا *quodcunque* de rebus. Simplex quoque مَنْ, مَا idem denotat.

IV. *Distributivum* etiam designatur per Substantivum كُلٌّ *universitas*, quod tunc redditur per *omnis, omne; quilibet, quaelibet*. Occurrit autem vel singillatim et cum et absque Articulo, ut لِيَكُونَ ٱللّٰهُ كُلًّا فِي ٱلْكُلِّ *Ut sit Deus omnia in omnibus*, I. Cor. 15, 28.; vel tanquam Substantivum in Statu Regiminis, rectum vero Singulare solet absque Articulo, Plurale autem cum Articulo construi, ut كُلُّ حَيٍّ *omnis vivens*; كُلُّ ٱلنَّاسِ *omnes homines*. Compositum كُلُّ مَنْ *quicunque, quaecunque* de personis, كُلُّ مَا; ut مَهْمَا, *quodcunque* de rebus venit.

V. Pronomen: *Unusquisque, quilibet* porro

exprimitur vel per كُلُّ أَحَدٍ masc., كُلُّ وَاحِدَةٍ fem.; vel per كُلُّ إِنْسَانٍ *(omnis homo)* comm. et كُلُّ شَيْءٍ *quodlibet;* in quibus omnibus sola pars prior declinatur, posterior autem, recta quippe a priori, semper in Genitivo ponitur.

VI. Pronomen: *Uterque* indicatur per كِلَا masc., كِلْتَا fem., Substantivum proprie in Duali constructo, quia semper regit Genitivum aut Nominis, v. c. كِلَا ٱلْفَرِيقَيْنِ *utraque pars* (proprie: duarum partium), aut Suffixi, v. c. in Recto: كِلَاهُمَا *uterque eorum*, masc. كِلْتَاهُمَا *utraque eorum*, fem.; in Obliquo: كِلَيْهِمَا *utriusque eorum*, masc. كِلْتَيْهِمَا *utriusque earum*, fem.; similiter cum Suffixis Dualibus secundae et Pluralibus primae Personae.

VII. *Quidam*, ὁ δεῖνα, i. e. Demonstrativum indefinitum est a) فُلَانٌ masc., فُلَانَةٌ fem. (Hebr. פְּלוֹנִי, פְּלוֹנִית); et b) مَا *Aliquis, aliqua*, comm., quod ob Hamza acuto profertur accentu, semperque sequitur post Substantivum et indeterminatum, et Singulare, ut رَجُلٌ مَا *vir quidam*, إِمْرَأَةٌ مَا *mulier quaedam.*

VIII. *Nonnullus, nonnulla; aliquis, aliqua* solet indicari a) per أَحَدٌ *unus*, إِحْدَى *una*; b) per Interrogativum مَنْ; c) per Substantivum بَعْضٌ

pars,

pars, ut بَعْضٌ مِنَ ٱلنَّاسِ *pars ex hominibus* pro nonnulli; d) per شَخْصٌ *persona*; e) omittendo Pronomen sequente Praepositione مِنْ, ut يَأْتِيهِمْ مِنْ رَسُولٍ *veniet ad eos propheta aliquis*; denique f), rarius tamen, per phrases singulares, de quibus cf. *Jahn* Arab. Gramm. §. 38. pag. 85.

IX. *Aliquid* notatur vel per Substantivum شَيْءٌ *res*; vel per Praepositionem مِنْ; vel per repetitionem ejusdem rei, ut خَيْرٌ مِنَ ٱلْخَيْرَاتِ *bonum de bonis* pro *boni aliquid*; vel denique, sed rarius, per vocabula, *vile*, *exiguum* quid significantia, de quibus cf. *Jahn* Arab. Gramm. §. 38. p. 86. et 87. 264

X. *Nullus* designatur per negandi Particulam, conjunctam cum iis, quae (supra VIII.) indicant *nonnullus*, *aliquis*, v. c. cum Praepositione مِنْ, ut مَا جَاءَنِي مِنْ رَجُلٍ *non venit ad me aliquis*, pro nullus venit. 265

XI. *Alter*, *alter* per repetitum Substantivum بَعْضٌ, ut بَعْضُهُمْ بَعْضًا *unus eorum alterum*. Idem significat Forma III. et VI, §. 22, III. VI. 266

XII. *Alius* per Substantivum غَيْرٌ *diversitas*, *mutatio* cum Suffixo, ut غَيْرُهُ *mutatio illius* pro alius. 267

XIII. *Qualis talis* vel per Particulam comparandi كَ *sicut*; vel per Substantivum مِثْل *similitudo*; vel per utrumque كَمِثْلِ *instar similitudinis*; vel per phrasin عَلَى ٱلْحَالِ *secundum conditionem*, ut أَنَا عَلَى حَالِكَ *ego talis, qualis tu*.

XIV. *Quantus, tantus* per عَلَى قَدْرِ (*secundum quantitatem*), مِقْدَارُ مَا, بِقَدْرِ, ut أَنَا عَلَى قَدْرِكَ *ego tantus, quantus tu*; de quantitate autem mensurae vel numeri adhibetur كَمْ *quantus*.

CAPUT II.

De Syntaxi Verbi.

I. De usu Temporum et Modorum.

§. 73. DE USU TEMPORUM UNIVERSE.

Pauciores tantum quum sint formae, quibus variae ac multiplices Temporum relationes exprimantur; praeterea quum non raro ambo Verbi finiti Tempora vere sint Aoristi, vel saltem usus illorum minus sit accuratus; mirum esse nequit, si et utrumque Tempus non unius et constantis sit significationis, et usus utriusque ad varios Modos notandos latius extendatur. Minime tamen credas, ambo Verbi finiti Tempora semper ac ubique

que plane ἀορίστως extra omnes regulas vagari; *primus* enim *Aoristus* plerumque *Praeteritum*, eique adfines notiones ac relationes; *secundus* vero *Aoristus* plerumque *Futurum*, et huic adhaerentes Conjunctivi vel Optativi relationes significat; atque in certis tantum casibus utrumque Tempus promiscue ac ἀορίστως usurpatur, in aliis autem utrumque constanter et omnino a se differt, de quibus jam omnibus seqq. §§. erit dicendum.

§. 74. DE USU AORISTI I. SIVE PRAETERITI.

I. Aoristus I. saepissime *Praeteritum* indicat et imperfectum et plusquamperfectum, maxime vero perfectum Indicativi, in simplici narratione rerum praeteritarum, praecipue praecedentibus Adverbiis مَرَّةً *aliquando* et قَدْ *jam*; *dudum*, ut: قَدْ ذَكَرْنَا بَكْرٌ إِلَى ٱلْفَضْلِ فَوَجَدَهُ قَدْ بَكَرَ *Jam narravimus, eum mane adiisse Fattlum, sed invenisse, quod is mane jam discessisset*; in qua sententia Praeteritum occurrit et absolutum sive perfectum, et historicum sive imperfectum, et plusquamperfectum, id quod vernacula nostra pariter sic reddere potest: Wir haben schon erzählt: er ging früh

zum

zum Fattil, fand ihn aber schon weggegangen, pro: fand aber, dafs er schon weggegangen war.

II. *Plusquamperfectum* periphrastico denotat modo cum Aoristo I. Verbi Substantivi كَانَ; uterque autem Aoristus in Genere, Numero et Persona convenire debet, ut كَانَ نَصَرَ *adjuverat*; cf. §. 24. I.

Nota: كَانَ, sequente ob ل praefixam Conjunctivo alterius Verbi, sensu speciali significat *velle*, *posse*, vel simile quid, et tunc semper cum negandi Particula construitur, ut مَا كُنْتُ لِأَصِلَ إِلَيْهِ إِلَّا بِتَخَطِّي رِقَابِ ٱلْجَمْعِ *Non potui pervenire ad illum, nisi calcando colla adstantium*, Harir. Cons. VII.

III. *Praesens* exprimit 1) in sententiis generalibus, quae nullam ad Tempus habent relationem, ubi emphatice non raro innuit actionis praesentis aut certitudinem et intensionem, ut فَإِذَا قَرُبْتَ مِنْهُ وَأَفْرَدْتَهُ بِٱلنَّظَرِ هَالَكَ (non هَلَكَ) مَرَآهُ *Sed ubi accesseris ad illam* (pyramidem) *et segregaveris illam visu* (seorsim adspexeris illam) *valde terret te haud dubie adspectus illius*; *Abdullat.* Mem. Aeg. I., 4.; aut continuationem, quam Germani per *pflegen* exprimunt, ut مَاتَ ٱلنَّاسُ

حَتَّى

حَتَّى ٱلْأَنْبِيَاءُ *moriuntur homines, vel ipsi etiam prophetae.*

2) In similibus generalibus sententiis, quae nulla Temporis ratione habita aliquid in universum adfirmant, atque ex duobus constant membris, junctis per conditionem aut expressam, praemissa Particula إِنْ vel إِذَا *si, quando;* aut latentem in voce praeposita مَنْ, أَيٌّ *quicunque,* مَا *quodcunque,* كُلَّمَا *quotiescunque,* حَيْثُمَا *quocunque,* مَهْمَا *quamdiu*, et similibus; ut إِذَا رَاضَ يَحْيَى ٱلْأَمْرَ ذَلَّتْ صِعَابُهُ *Quando tractat Jahhja negotium, facilis redditur difficultas ejus*; مَنْ تَأَنَّى نَالَ مَا يَتَمَنَّى *Qui cunctatur* (lente et caute in rebus tractandis procedit), *obtinet, quod optat.*

IV. *Futurum* significat 1) in iisdem sententiis, quin tamen sint generales, de quibus paulo ante III. 1 et 2. fuit sermo. Aoristus I. membri prioris Latine in Futuro Subjunctivi, posterioris in Futuro Indicativi solet verti, ut إِنْ أَكْرَمْتَنِي أَكْرَمْتُكَ *Si tu me honoraveris, et ego te honorabo*; إِذَا جَاءَ وَعْدُ ٱلْآخِرَةِ جِئْنَا بِكُمْ لَفِيفًا *Cum venerit, quod praedictum est de vita futura, adducemus vos omnes simul*; كُلَّمَا نَضِجَتْ جُلُودُهُمْ بَدَّلْنَاهُمْ جُلُودًا غَيْرَهَا

Quo-

Quotiescunque probe ustae fuerint pelles eorum, substituemus illis alias pelles; Sur. IV., 59.

2) Futurum innuit cum Particula negante لَا, sequente sententia subjunctiva aut conditionali aut ad Futurum referenda, ut لَا تُلَمِّظْتُ بِقِرَاكُمْ أَوْ تَضْمَنُوا لِي أَنْ لَا تَتَّخِذُوا بِي كَلًّا *Non adlambam cibum vestrum, nisi promiseritis mihi, vos nullum propter me imposituros vobis onus.* Harir. Cons. V.; لَا أُطَلِّقُكَ أَوْ تُبَارِكَنِي *Nunquam te dimittam, aut* i. e. *donec benedixeris mihi.*

V. *Imperfecti*, vel cum كَانَ *Plusquamperfecti*, *Conjunctivum* denotat sensu optativo, potentiali vel concessivo Aoristus I., in protasi cum Conjunctione لَوْ *si* constructus, quem propterea sequitur in apodosi a) *adfirmante*, cui لَ confirmandi praemittitur, iterum Aoristus I., eodem Tempore reddendus; b) in *negante* Aoristus II., per لَمْ apocopatus; v. c. ad a) لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ *Si scirem hoc, utique te monerem;* ad b): لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِي *Si fuisses hic, nunquam mortuus esset frater meus.*

VI. *Imperativum* denique seu potius *Optativum* emphatice effert in formulis optandi, bene vel ma-

male precandi; ita تعالى, laudis formula post Dei nomen, reddenda per: *superexaltandus* sive *alte emineat!* وسلّم. صلّى الله عليه, laudis formula post Mohhammedis nomen, vertenda: *propitius sit ei Deus, et salutem praestet!* فدت نفسي *redimat anima mea!* est formula, qua Arabes, magnum laudantes virum, in sacrificium se offerunt redemptionis; كان الله والدك *sit Deus pater tuus!* qua formula consolantur de patre mortuo dolentem; الله فرج همّك *Deus auferat* (deleat) *curam tuam!* qua amicum salutant; لعنه الله *maledicat ipsi Deus!*

§. 75. DE USU AORISTI II. SIVE FUTURI.

A. De Indicativo.

I. Aoristus II. in Indicativo maxime indicat *Futurum* absolutum, praecipue si a) vel ad omne dubium removendum vel ad emphasin notandam praefigatur Particula سوف *futurum est*, μελλει, vel ejus loco سو, سي et. س, ut: سآء ما تتوهّمون ثمّ كلّا سوف تعلمون *Pravum ineptumque est, quod imaginamini; profecto deinde certissime intelligetis;* Harir. Cons. XI., et ibidem; cf. supra §. 65. I. 2. et b) si construatur cum Particula negante

لا

لَا, ut: اِتَّقُوا يَوْمًا لَا تَجْزِي نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ شَيْئًا وَلَا تُقْبَلُ مِنْهَا شَفَاعَةٌ *Timete diem, qua non pendet anima pro anima quidquam, nec acceptabitur ab ea intercessio;* Sur. II., 45. (48).

II. *Praesens* instar Aoristi I. (§. 74. III.) exprimit in generalibus sententiis, sive adfirment, sive negent per Particulam مَا, neglecta omni Temporis ratione, ut: اَلرَّبُّ يَحْفَظُكَ مِنْ كُلِّ شَرٍّ *Dominus custodit te ab omni malo;* مَا يُزَكِّي اَلْإِنْسَانُ بِشَهَادَةِ أَهْلِ بَيْتِهِ *Non justus declaratur homo per testimonium domesticorum suorum.*

III. *Perfectum*, praesertim *Imperfectum* tanquam Tempus historicum, innuit in narratione et simplex Aoristus II., et conjunctus cum Aoristo I. Verbi كَانَ in eodem Genere et Numero, eademque Persona, ut: وَهُوَ يَطْبَعُ اَلْأَسْجَاعَ بِجَوَاهِرِ لَفْظِهِ وَيُقَرِّعُ اَلْأَسْمَاعَ بِزَوَاجِرِ وَعْظِهِ *Et interea ipse cudebat rythmicas terminationes gemmis sermonis sui, et percellebat auditorum aures comminationibus orationis suae;* Harir. Cons. I. كَانَا يَنْطَحَانِ بِقَرُونِهِمَا *Feriebant sese* (duo tauri) *cornibus suis,* Locman. Fab. I.

IV. *Infinitivum* omissa Conjunctione أَنْ *ut* de-

designat Aoristus II., sequens post Aorist. I. alterius Verbi, cujus quasi est complementum, ut post Verba *inchoandi*, de quibus infra §. 85, IV. dicetur. 282

V. Talis Aoristus II. a praecedente pendens Aoristo I. absque intercedente أَنْ indicat a) etiam *Subjunctivum*, praecipue post Verba *tendendi* et *ingrediendi* in locum aliquem, ut دَخَلَ *intravit*, مَضَى *abiit*, simil. v. c. جَاءَ إِلَى عَيْنِ مَاءٍ يَشْرَبُ 283 *Venit ad fontem aquae, ut biberet;* دَخَلَ إِلَى بَعْضِ الْمَغَارِ يَتَظَلَّلُ بِهَا *Ingressus est in speluncam quandam, ut umbram captaret in illa*; Locm. Fab. IV.; et b) *Participium activum*, ut وَوَقَعَ يُقَبِّلُ الْأَرْضَ وَيَبْكِي *Et procubuit, osculum figens terrae et plorans.*

B. De Aoristo II. apocopato.

Aoristus II. *apocopatus* (§. 29. I.) usurpatur

I. Post Particulas apocopandi لَمْ et لَمَّا, quae negant emphatice, et Praeteriti sensum important, ut لَمْ يَقُمْ فِي مَوَالِيدِ النِّسَاءِ *Nunquam surrexit inter natos mulierum* cet.; لَمَّا يَدْخُلْ *nondum intravit.* 284

II. In sententiis, quae duobus constant membris

bris, et protasi et apodosi, nimirum in conditionalibus, hypotheticis et retributivis post Particulas: إِنَّمَا *quum, siquando*, إِنْ *si*, أَنَّى *ubicunque*, أَيٌّ *quicunque*, أَيَّانَ *quo tempore, quando*, أَيْنَ *ubicunque*, حَيْثُمَا *quocunque loci*, كَيْفَمَا *quomodocunque*, مَا *quidquid*, مَنْ *quicunque*, مَهْمَا, كُلَّمَا *quotiescunque*; ubi tamen observandum: a) si in utroque membro adsit Aoristus II., uterque est apocopandus, ut حَيْثُمَا تَذْهَبْ أَذْهَبْ *Quocunque iveris, ibo et ego;* b) si in sola protasi occurrat Aoristus II., is quoque semper est apocopandus, ut: حَيْثُمَا تَذْهَبْ ذَهَبْنَا *Quocunque iveris, nos quoque ibimus*; et c) si in protasi Aoristus I. praecesserit, sequens in apodosi Aoristus II. pro lubitu apocopatur, ut: مَا صَنَعْتَ أَصْنَعْ (أَصْنَعَ) *Quidquid feceris, et ego faciam.*

Nota. Etiam post Imperativum praecedentis protasis, in qua latet conditio, necessario in apodosi Aoristus II. apocopatus sequitur, ut أَنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *adjuva me, adjuvabo te.*

III. In tota Persona tertia et in prima plurali Imperativi, et in Modo prohibitivo, cf. §. 30. II. III.

C. De Aoristo II. antithetico.

Antitheticus sive *paissbatus* Aoristus II. (§. 29. II.) post

post Conjunctiones ponitur, Subjunctivum Verbi regentes, quae sunt praecipue:

1) أَنْ, sive simplex sive contracta cum Particula negante لَا vel لَنْ in أَلَّا vel أَلَّنْ, si exprimat *propositum, finem, consilium*, ideoque per *ut* Latine reddenda, ut أُحِبُّ أَنْ تَنْزِلَ *Cupio, ut demittas*. Si vero significat *quod*, Conjunctivum non regit, nisi praecedat Verbum *opinandi*, v. c. ظَنَّ, حَسِبَ, زَعَمَ, post quod pro lubitu saltem et Conjunctivus et Indicativus sequitur; ita v. c. dicitur: أَعْلَمُ أَنْ يَنُومَ *scio, eum dormire;* أَحْسَبُ أَنْ يَنْصُرَ vel يَنْصُرُ *puto, eum fore adjutorem.*

2) كَيْ *ut*, et composita كَيْلَا, لِكَيْلَا *ut ne*, v. c. جَاءَ كَيْ يَضْرِبَكَ *venit, ut verberaret te.*

3) لِ *ut*, per Kasra mota, v. c. جِئْتُ لِأَنْصُرَكَ *veni, ut te adjuvarem.*

4) حَتَّى cum significat *ut, eo usque ut* sive *donec* (إِلَى أَنْ); v. c. لَا تَخْرُجُ ٱلنَّفْسُ مِنَ ٱلْأَمَلِ حَتَّى تَدْخُلَ فِي ٱلْأَجَلِ *Non relinquit anima spem*, (non exit ex spe), *donec intret in terminum* (vitae).

5) أَوْ *aut*, si a) vel Latine valet *ut, eo usque ut, nisi*, quo sensu semper absolutum rem faciendi propositum denotat, ut فَكَرِهَتِ ٱلرِّحْلَةَ عَنْ

تلك

تِلْكَ ٱلْمَدِينَةِ أَوْ أَشْهَدَ بِهَا يَوْمَ ٱلزِّينَةِ *Unde renui discedere ab illa urbe, donec vidissem in illa diem festivitatis*, Harir. Cons. XI. q. d. absolute non discedam, antequam videam solemnitatem, seu: aut videbo solemnitatem, aut non discedam; لَأَقْتُلَنَّ ٱلْكَافِرَ أَوْ يُسْلِمَ *Certe occidam incredulum, nisi* (aut) *fiat Moslemus;* vel b) ubi repetitum أَوْ indicat Latinorum *sive — sive*, v. c. لَيْسَ لَكَ مِنَ ٱلْأَمْرِ شَيْءٌ أَوْ يَتُوبَ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبَهُمْ *Non est tibi de negotio quidquam* (nil spectat ad te), *sive convertatur* (Deus) *super eos*, (ignoscat iis), *sive puniat eos;* Sur. III., 123. (128.).

6) لَنْ *nequaquam* (pro لَا يَكُونُ أَنْ, *non erit ut)*, v. c. لَنْ تَمَسَّنَا ٱلنَّارُ إِلَّا أَيَّامًا مَعْدُودَةً *Nequaquam tanget nos ignis* (Gehennae), *nisi per dies numeratos* (pauciores); Sur. II., 74. (80.).

7) فَ vel وَ cum in apodosi post membrum, includens petitionem, mandatum, negationem, votum, vel simile quid, non copulativae, sed causales sunt Conjunctiones, prior فَ sensu: *ut, ita ut, ne*, v. c. زُرْنِي فَأُكْرِمَكَ *visita me, et honorabo te* (pro: ut te possim honorare); posterior

و sensu : *et simul*, v. c. هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ *an edes pisces, et simul bibes lac?*

D. De Aoristo II. paragogico.

Utraque *paragogica* Aoristi II. forma (§. 29. III.) ponitur, si futura res quodammodo petitur, id quod fit imperando, excitando, interdicendo, optando, interrogando, asseverando; ita et post jurisjurandi formulam usurpatur, v. c. لِيَشْرَبَنْ vel لِيَشْرَبَنَّ *bibat;* لَا تَأْكُلَنْ *ne edas;* لَيْتَ يَقْبَلَنْ *utinam veniat!* وَٱللّٰهِ أَنْصُرَنَّ *per Deum! juvabo*

290

§. 76. DE USU INFINITIVI ABSOLUTI.

Infinitivus sive *Nomen actionis* (§. 31. I. coll. §. 56. I.) saepe Verbo vel suo finito, vel alii synonimo adjungitur modo adverbiali, et dicitur *Patiens absolutum* ٱلْمَفْعُولُ ٱلْمُطْلَقُ sive *Infinitivus absolutus, universalis*, qui scilicet semper, nisi alius adsit Accusativus Verbi, tanquam Accusativus illius per se et absolute includitur, seu ipsi Verbo simpliciter inest, et sic universalem exprimit notionem, quae Latine per Gerundium in *do* reddi solet, ut ضَرَبَ ضَرْبًا *verberavit verberationem* sive *verberando verberavit;* جَلَسَ قُعُودًا *sedit sedendo;*

291

do; مَاتَ مَوْتًا *mortuus est moriendo.* Admodum frequens ista construendi ratio vix unquam speciali caret sensu ac consilio; in specie autem usurpatur

1) In gravioribus sententiis ad vim Verbi augendam, ut يَوْمَ تَمُورُ ٱلسَّمَآءُ مَوْرًا وَتَسِيرُ ٱلْجِبَالُ سَيْرًا *die*, quo *commovebit sese coelum commovendo*, (i. e. hinc illinc vehementer sese agitando commovebitur) *et ambulabunt montes ambulando* (per omnes plagas quasi disjecti); Sur. LII, 9.

2) Ad rem aliquam confirmandam, ejusque certitudinem, frequentiam, propagationem, continuationem, cet. notandam, ut in Geneseos Oraculo: مَوْتًا تَمُوتُ *morte morieris* i. e. certissime morieris.

Nota. Utrumque consilium proprie obtinetur per ejusdem notionis repetitionem, quae in universum rei gravitatem augere solet, quare non raro Infinitivi loco revera ipsum finitum Verbum repetitur, ut وَأَمَّا بَيْعُ ٱلْأَحْرَارِ فَشَاعَ وَشَاعَ pro شَاعَ شَيْعًا *Venditio autem puellarum virginum ubique patuit et crebra facta fuit*; Abdull. Mem. Aeg. II, 2., ubi actionis propagationem ac frequentiam Verbum repetitum significat; وَقَدْ كُنْتُ كَمَنْ بَاحَ; *ego vero jam revelavi, sicut qui revelavit* i. e. omnia patefeci, nihil omnino celando; Harir. Cons XI. Negari tamen nequit, usu frequentiori originariam hujus constructionis vim periisse,

eam-

eamque nunc ex contexta cujusvis loci serie demetiendam esse, quum non raro per pleonasmum talis adsit Infinitivus.

3) Ad *modum* actionis designandum duplici ratione: vel enim simpliciter tanquam Casus *adverbialis* ad finitum Verbum accedit Accusativus indeterminatus, ut ضَرَبَهُ ضَرْبًا شَدِيدًا *verberavit eum verberatione vehementi* pro vehementissime; vel Accusativus ille determinatur per Statum Regiminis, atque cum sequente Genitivo similitudinem sive comparationem exprimit, ut ضَرَبَهُ ضَرْبَ ٱلْمُنْتَقِمِ *verberavit eum verberatione ultoris*, i. e. immaniter velut ultor; خَطِفَتِ ٱلدِّرْهَمَ خَطْفَةَ ٱلْبَاشِقِ : وَمَرَقَتْ مُرُوقَ ٱلسَّهْمِ ٱلرَّاشِقِ *Rapuit pecuniam raptu accipitris* (violenter instar accipitris), *et pertransivit transitu sagittae vibratae* (quam celerrime instar sagittae vibratae); Harir. Cons. VII.

4. Ad *Numerum* actionis sive *Vices* notandas, addito tunc ة feminino, cf. §. 56. II.

Nota a) Infinitivum (supra 3.) adverbialem nominavimus Casum; et revera, quicunque Infinitivus adparet in Oratione instar Adverbii (§. 66. A. II. 1.) positus in Accusativo, finito illius Verbo, a quo pendet Accusativus, non expresso, tanquam Infinitivus absolutus explicandus est, qui confirmat suppressi Verbi sui finiti notionem, v. c. أَيْضًا *etiam*, جِدًّا *valde*, *summo cum studio*; utriusque

hujus Adverbii seu potius Infinitivi absoluti Accusativus a suppresso pendet Verbo finito, ut sit proprie آضَ أَيْضًا *iterando iteravit* pro *iterum*, *etiam*; et جَدَّ جِدًّا *summum adhibendo studium summo usus fuit studio* pro *maximopere*, *valde*; ubi ergo supplendi finiti Verbi Persona ac Tempus ex contextu debet definiri. Imo in formulis saepius occurrentibus praeter finitum Verbum ipse etiam Infinitivus absolutus desideratur, servato solo hujus Adjectivo, v. c. أَوَّلًا *primum*, ثَانِيًا *secundo*, cet. pro أَقُولُ قَوْلًا أَوَّلًا ثَانِيًا *dico dictum primum*, *secundum* cet. كَثِيرًا *saepe*, *multum* pro كَثُرَ كَثْرًا كَثِيرًا *multiplicatum est multiplicatione multa*. Minus difficile est explicatu, si solus Infinitivus absolutus nonnunquam omittatur, v. c. نَظَمَ حَسَنًا pro نَظَمَ نَظْمًا حَسَنًا *bene concinnavit carmen*.

b) Ad Infinitivos absolutos referas etiam Adverbia sive Accusativos *imprecationis*, *petitionis*, *commiserationis*, v. c. وَيْلًا *malum*, *infortunium*, *vae!* et وَكًا vel وَكْكَ *calamitatem*, *heu te miserum!* الْإِعَانَةَ *auxilium!* نَعِيمًا *delicias!* cet.; ubi tamen non suppleri potest Verbum, a quo illa trahunt originem, quum vel non sit in usu, vel proposito non congruat; sed Verbum illis conveniens deprecandi, petendi, cet.; ut أَطْلُبُ وَيْلًا لَكَ *imprecor malum tibi*; أَطْلُبُ الْإِعَانَةَ *peto auxilium*; أَشْتَهِي نَعِيمًا لَكَ *opto delicias tibi*; أَلْزَمَهُ اللّٰهُ وَكًا *immisit in eum Deus calamitatem*, vel cum Suffixo: أَلْزَمَ اللّٰهُ وَكَكَ *adhaerere fecit tibi Deus aerumnam tuam*.

c)

c) Infinitivum Latinorum, ab alio pendentem Verbo, Arabes exprimunt per Aoristum II. praemissa vel omissa Conjunctione أَنْ, ut آثرت أن أفاجيه وأناجيه *Volui illum inopinantem obruere* (repente aggredi), *eumque clanculum alloqui*; Harir. Cons. VII.; cf. §. 75. A. IV.

§. 77. DE INFINITIVO CUM PRAEPOSITIONIBUS. DE CASIBUS INFINITIVI.

I. Infinitivus, Substantivum utpote verbale (§. 56. I.), declinatur, ac Genera et Numeros admittit. In omnibus enim Casuum relationibus potest cogitari: in Nominativo, ut كفر بالله اكبر *non credere in Deum gravissimum est* (crimen); in Genitivo, ut نوع الأمر *modus imperandi;* in Accusativo, praesertim ad scopum, consilium significandum, ut ضربته تأديبا له *verberavi eum ad corrigendum eum*, cf. §. 91. II. 3.; vel denique in reliquis Casibus cum Praepositionibus (infra II.). In omnibus vero obliquis Casibus, vel cum vel sine Praepositionibus constructis, ejusmodi Infinitivus Latine per Gerundia fere vertitur.

II. Infinitivi porro, conjuncti cum Praepositionibus, varia Tempora solent innuere, v. c. cum ب: أمرت زيدا بقتل عمرو *dixi Zaido, ut occideret Amru;* بضرب بالسيوف رؤس قوم أزلناها

Quum gladiis capita verberassemus hominum, in angustiam redegimus illos; cum ل, supra I.; cum مِنْ, ut مِنْ كَوْنِهِمْ لَا يَعْرِفُونَ *quum nescirent;* cet.

§. 78. DE CONSTRUCTIONE INFINITIVI.

Infinitivus consideratur et tractatur vel ut Substantivum, vel ut proximum Verbi derivatum, quo posteriori in casu per omnia Verbi indolem servat, et significatione quoque gaudet transitiva, intransitiva et neutrali; itaque in specie .

I. Infinitivus Verbi *transitivi* vel

1) Ut *Substantivum* regit Genitivum aut Subjecti, ut: وَكَانَ ٱسْتِغْفَارُ إِبْرَٰهِيمَ لِأَبِيهِ *et fuit deprecatio Abrahami pro patre suo*, Sur. IX., 115.; aut Objecti, ut: لَا يَسْأَمُ ٱلْإِنْسَانُ مِنْ دُعَآءِ ٱلْخَيْرِ *non taedio adficitur homo a petendo bonum* (terrestre), Sur. XLI., 49. Vel

2) Ut Verbi *transitivi derivatum* regit Objectum in Accusativo, qui sequi potest vel proxime post Infinitivum *determinatum*, ut ضُجِرْتُ مِنْ ضَرْبِكَ زَيْدًا *molestia adfectus sum ex tua verberatione* (i. e. quia verberasti) *Zaidum;* لَمْ أَنْكُلْ عَنِ ٱلضَّرْبِ مُسْمِعًا *non abstineo timidus a feriendo aurem;* vel post Infinitivum *indeterminatum* remoti-

tior, intercedentibus vocabulis aliis inter Infinitivum et Accusativum Objecti, ut إِطْعَامٌ فِي يَوْمٍ ذِي مَسْغَبَةٍ يَتِيمًا *τὸ cibare in die famis orphanum*, Sur. XC., 14.

3) Quando utrumque et Subjectum et Objectum expressum est, ponitur vel plerumque prius in Genitivo, posterius in Accusativo, ut كَانَ قَتْلُ ٱلْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا فِي هٰذِهِ ٱلسَّنَةِ *Erat occisio Chhalifae Dschafarum* (Chhalifa occidit Dschafarum) *in hoc anno;* vel Subjectum in Nominativo, et Objectum, praecipue si Suffixum sit, in Genitivo, ut مَنَعَ ٱلنَّاسَ كَافَّةً مِنْ مُخَاطَبَتِهِ أَحَدٌ وَمُكَاتَبَتِهِ سَيِّدِنَا *Prohibuit homines universos ab alloquendo eum aliquis et scribendo ad eum*, adpellatione *domini nostri*, i. e. prohibuit omnibus, ne quis eum coram alloquendo vel ad eum scribendo uteretur adpellatione *dominus noster;* vel denique, sed rarius, Subjectum in Nominativo, et Objectum in Accusativo ponitur, ut بَلَغَنِي ٱلْقَتْلُ مَحْمُودٌ أَخَاهُ *pervenit ad me occisio Mahhmudi fratrem suum*, pro: audivi, a Mahhmudo occisum fuisse fratrem ejus.

II. Infinitivus autem Verbi *intransitivi* et *neutra-*

tralis Subjectum, quod regit, (Objecto enim semper caret) habet in Genitivo per Statum Regiminis, ut كَانَ كَذٰلِكَ وُقُوعُ زَيْدٍ إِلَى ٱلْأَرْضِ *fuit hoc modo τὸ procumbere Zaidi ad terram.*

§. 79. DE USU PARTICIPIORUM.

I. *Participia*, et activa sive Nomina agentis, et passiva sive Nomina patientis (§. 57. A. I.), quae proprie nullum Tempus significant, possunt tamen omnia Tempora exprimere; maxime autem a) in Verbis *intransitivis* vel Praesens denotant, v. c. قَائِمٌ *stat*, قَاعِدٌ vel جَالِسٌ *sedet*, نَائِمٌ *dormit*, رَائِحٌ *it*, جَائِيءٌ *venit*, cet; vel Imperfectum, si sermo sit de Praeterito, ut خَرَجْتُ فَإِذَا زَيْدٌ قَادِمٌ *exivi, et ecce! Zaidus adventabat*, b) In Verbis autem *transitivis* Participia indicant vel actionem continuo durantem instar Substantivorum Latinorum verbalium, exeuntium in — *tor*, ut عَاشِقٌ *amator*, continuo amans; مُخَلِّصٌ *salvator*, مُعْضِدٌ *protector*, cet.; vel actionem absolute praeteritam, si quidem ea continuo durare nequit, ut آكِلٌ *qui jam manducavit*, شَارِبٌ *qui jam bibit*, cet.

II. In specie autem quum prout Infinitivi Participia quoque vel ut *Substantiva* vel ut *Verba* con-

considerari, sicque vario modo virtutem in Objectum exserere possint, (§. seq.) Temporis etiam notio tunc diversa exprimitur ratione; nam

1) Participium, si ut *Verbum* transitivum regit Objectum in Accusativo, vel ut restrictum per Articulum et Praesens et Perfectum aliquod potest designare, ut جَاءَ ٱلْمُرَافِقُ زَيْدًا *venit comitans* (i. e. qui vel comitatur, vel comitabatur, vel comitatus fuit) *Zaidum;* vel ut Articulo destitutum Praesens tantum innuit, ut جَاءَ مُرَافِقُ زَيْدًا *venit comitans Zaidum*

2) Idem Participium, si ut *Substantivum* Objectum sibi junctum habet in Genitivo, et cum et absque Articulo Praesens vel Perfectum potest exprimere, §. seq. I.

III. Activum Formae I. Participium interdum, ita suadente contextu, passivo sensu sumendum est, ut وَمَرَقَتْ مَرُوقَ ٱلسَّهْمِ ٱلرَّاشِقِ *et transivit transitu sagittae vibratae*, Harir. Cons. VII.

IV. Passiva auctarum Formarum Participia saepe Infinitivorum loco stant, v. c. مُزِّقُوا كُلَّ مُمَزَّقٍ *omnino dilacerati sunt* (ad verb. *dilacerati sunt omnimoda dilaceratione)*, Abdull. Mem. Aeg. II, Cap. 2. §. 1.; cf. *Schultens.* in Gramm. Arab. *Erpen.*

pag.

pag. 509 et 578. In Forma vero III. Femininum Participii passivi مُقَابَلَةٌ longe frequentius, quam Infinitivus proprius قِبَالٌ, Infinitivum designat, cf. Parad. §. 34.

§. 80. DE CONSTRUCTIONE PARTICIPII ACTIVI.

I. *Transitivi* Verbi Participium Articulo restringi, saltem in Numero singulari, tantum potest, si ut Substantivum Objectum sibi junctum habet in *Genitivo*, eoque determinato, sive per Articulum sive per relationem ad aliud Nomen cum Articulo, ut اَلضَّارِبُ ٱلْعَبْدَ *qui verberat servum*; اَلضَّارِبُ رَأْسِ ٱلْعَبْدِ *qui verberat caput servi*. Non ergo in Singulari dicere licet: اَلضَّارِبُ عَبْدٍ vel اَلضَّارِبُ زَيْدٍ vel اَلضَّارِبُ عَبْدِ زَيْدٍ vel اَلضَّارِبُ عَبْدِهِ. In duali tamen Numero vel plurali ejusmodi Participio semper Articulus potest praeponi.

II. Quando autem *transitivi* Verbi Participium tanquam pars Verbi construitur cum *Accusativo* Objecti, servat utique vel Articulum suum; vel, si indeterminatum sit, Nunnationem ac ن finale in Duali ac Plurali sano masculino; rarius tantum tale ن in Participiis, Articulo determinatis,

perit

perit, ut اَلضَّارِبَا زَيْدًا *duo verberantes Zaidum*, et اَلضَّارِبُو زَيْدًا *verberantes Zaidum*.

Nota 1) Accusativus Objecti si sit Pronomen, potest poni vel modo separato, praefixa Particula إِيَّا, vel adjungi (§. 68. III. 4.); saepius Suffixum primae Personae tunc in forma ـنِي additur, ut هَلْ أَنْتُمْ صَادِقُونِي *num vos sincere agitis erga me?*

2) Participium Verbi dupliciter transitivi (§. 83.) pariter ut ipsum Verbum vel duos Accusativos, vel Genitivum Subjecti et Accusativum Objecti regit, ut أَنَا كَاسٍ زَيْدٍ ثَوْبًا مُفَخَّرًا vel أَنَا كَاسٍ زَيْدًا ثَوْبًا مُفَخَّرًا *ego induo Zaidum veste pretiosa*; in quo casu posteriori Accusativus Objecti poni potest inter Participium et Genitivum Subjecti, quin turbetur Status Regiminis, ut مَانِعٌ فَضْلَهُ اَلْمُحْتَاجِ *denegat beneficium suum egenti*.

3) Participium quando plura regit Objecta, vel haec omnia sibi juncta habet in eodem Casu Genitivi; vel primum tantum in Genitivo et reliqua in Accusativo ponuntur, v. c. إِنَّ اللّٰهَ فَالِقُ اَلْحَبِّ وَالنَّوَى ... وَجَاعِلُ اَللَّيْلِ سَكَنًا وَالشَّمْسَ وَالْقَمَرَ حُسْبَانًا *Certe Deus scindit granum et nucleum ... et facit noctem requiem* (tempus quiescendi), *et sol atque lunam* (ad) *computum* (temporum). Sur. VI., 96. 97.

III. *Intransitivi* Verbi Participium construitur cum Praepositionibus Verbi sui, atque communem cum illo regit Casum, ut وَمَا اللّٰهُ بِغَافِلٍ عَمَّا تَعْمَلُونَ *et minime Deus negligens est de eo, quod facitis*.

IV.

IV. Participium denique, a) quod finiti Verbi loco Praedicatum significat, ponendum est ut Subjectum in Nominativo, Subjecto vero adjungitur Suffixum, compensans Genitivum Relativi, per Articulum expressi, ut saepius (cf. §. 70. III.); v. c. عمرو القاتل ابوه محمودا *Amru, cujus pater occidit Mahhmudum*, quasi dicas: عمرو الذي قد قتل ابوه محمودا. b) Si vero Participium simpliciter, nulla habita Temporis ratione, qualitatem indicat Subjecti; hoc sequitur vel in Nominativo cum Suffixo, ut supra; vel, semper tamen cum Articulo, in Genitivo, recto a Participio, ut زيد القائم الاب *Zaidus, stans patris*, pro: cujus pater stat; vel modo adverbiali in Accusativo, semper absque Articulo, de quo infra §. 91. II. 7. γ.

§. 81. DE CONSTRUCTIONE PARTICIPII PASSIVI.

I. *Passivi* quoque Participii Subjectum vel est in Nominativo, cui Suffixum accedit, compensans Genitivum Relativi suppressi; vel in Genitivo recto; vel in Accusativo adverbiali; ut: — زيد مقتول حالا ابوه *Zaidus, cujus pater modo occisus est*, ubi et dici potest: مقتول الاب et مقتول ابا

No-

Nota. Participio Verbi dupliciter transitivi (§. 83. III.) praeterea alterius Objecti Accusativus adjungitur, ut زَيْدٌ مُعْطًى عَبْدُهُ دِرْهَمًا *Zaidus, cujus servus donatus est Derhamo.*

II. Saepe in passivis Participiis Relativum اَلَّذِي vel omittitur, vel per Articulum indicatur; quare etiam per variam Casuum compensationem quaedam sermonis obscuritas nascitur, v. c. Sur. II., 233. عَلَى مَوْلُودٍ لَهُ رِزْقُهُنَّ *super natum ei* (pro: illi, cui natus est filius sive patri, incumbit) *alere eas* (genitrices), ubi solvi debet in عَلَى اَلَّذِي وُلِدَ لَهُ وَلَدٌ. 306

III. *Intransitiva* quidem Verba passivo Participio non gaudent, nisi per constructionem cum quadam Praepositione transitivam quodammodo significationem subeant, ut اَلْمَوْضِعُ اَلْمَدْخُولُ إِلَيْهِ *locus, in quem fit ingressus* (qui intratur). 307

§. 82. DE PERSONIS VERBI.

I. Subjectum indeterminatum, quod Germanice per *man sagt* exprimitur, Arabes significant vel maxime per tertiam Personam masculinam aut *pluralem* Aoristi I. *activi*, v. c. قَالُوا, Latinorum *dicunt*; aut *singularem* Aoristi I. *passivi*, v. c. قِيلَ, Latinorum *dicitur*, جِيءَ بِهِ *(ventum est* 308

cum

cum eo) *traditur*, *fertur*, حُكِيَ, حُدِّثَ *narratum fuit*, *narratur*; vel, sed rarius, per tertiam Personam singularem masculinam Aoristi II., addito Participio activo, v. c. يُقَالُ قَائِلٌ *dici posset*, يُسْأَلُ سَائِلٌ *quaeri posset*; cf. eadem constructio Hebraica apud *Gesenium*: Lehrgebäude u. s. w. §. 216. 3.

II. *Impersonale* Verbum reddunt per tertiam Personam singularem Aoristi et I. et II. activi vel *masculinam*, v. c. مَطَرَ *pluit*, ثَلَجَ *ningit*; vel *femininam*, praecipue in ejusmodi Verbis tempestatis, Nomine subaudito feminino الدُّنْيَا *mundus*, v. c. رَعَدَتْ, تَرْعَدُ *tonuit*, بَرَقَتْ, تَبْرُقُ *fulguravit*.

II. De Constructione Verborum cum variis Casibus.

§. 83. DE VERBIS CUM UNO VEL DUPLICI ACCUSATIVO.

I. *Transitiva* Verba, sive primitiva, sive aucta *secundae* et *quartae* Formae, *Objectum*, in quod actio transit (الْمَفْعُولُ بِهِ *Patiens*, *in quod*), regunt in Accusativo, qui plerumque post Verbum sequitur, v. c. أَحْيَى يَسُوعُ الْعَازَارَ *vivum reddidit Jesus Lazarum*; nisi tanquam gravior notio praemittendus sit Accusativus, cui tunc saepius eleganter

لِ praefigitur, v. c. زيدًا vel ضربت لزيدًا *Zaidum solum* (neminem alium) *verberavi.*

Nota. Accusativum *Objecti* regunt et Nomina quaedam, et Particulae, cum Suffixo secundae Personae constructae, quae propterea dicuntur إسمآء ٱلأفعال *Nomina Verborum*, quum sensum et vim Imperativi exprimant. Sunt autem praecipue: a) رويد (Accusativus Deminutivi a رود *lentus incessus*) pro Imperativo امهل *differ, sustine*, v. c. رويد زيدًا (pro امهل) *sustine paululum Zaidum*; b) بله pro Imper. دع *sine, dimitte*, v. c. بله زيدًا *sine, dimitte Zaidum*; c) عليك pro Imper. إلزم *adhaere, secture*, v. c. عليك زيدًا *adhaere Zaido, sectare illum*, si quid nempe ab eo velis consequi; d) دونك (*infra te*) et هاك (*ecce tu!*) pro Imper. خذ *cape, apprehende*, v. c. دونك زيدًا *apprehende Zaidum*; هاك نصيحة من انفس ٱلنصاح *accipe* (*admitte*) *monitum ex probatissimis monitis*, Harir. Cons. XVI. e) إياك pro إحذر *cave*, qua de re cf. §. 91. II. 8.

II. Multa porro Verba cum Accusativo aliquo construuntur, quae longe alium saepe in vernacula nostra regunt Casum:

1) Verba *induendi, exuendi, ornandi* cum Accus. *rei*, v. c. كسا, لبس *induit*, شلح, حلع *exuit*, cet.

2) Verba *copiae* et *inopiae* cum Accus. *rei*, v. c. ملي *plenus fuit*, ملأ *implevit.*

3)

3) Verba *accessus* et *adventus* cum Accus. *personae*, v. c. أَتَى, جَاءَ *venit*, وَصَلَ, بَلَغَ *pervenit*.

4) Multa denique alia cum Accus. *personae*, v. c. أَمَرَ *dixit*, ut أَمَرْتُ زَيْدًا *dixi Zaido*; بَشَّرَ *laeta nunciavit*, أَلِفَ *assuetus fuit*, أَنِسَ *familiariter usus fuit*, جَزَا *retribuit*, حَسَبَ et كَفَى idem, خَلَفَ, رَدَفَ *pone sequutus fuit*, ذَكَرَ *recordatus fuit*, لَعَنَ *maledixit*, مَثَلَ *similis fuit, similitudine retulit aliquem*, وَقَى *cavit sibi*, cet.

III. Geminum regunt Accusativum et *rei* et *personae* diversae Verba dupliciter transitiva, sive *primitiva*, praecipue quae *donare*, *instruere*, *induere* significant, sive *aucta* secundae et quartae Formae, v. c. سَقَى *potandum praebuit*, لَبِسَ *induit*, أَعْطَى *dedit*, عَلَّمَ, أَعْلَمَ *docuit*, cet.; ut أَعْطَيْتُ عَمْرًا دِينَارًا *dedi Amro aureum*; عَلَّمْتُ زَيْدًا النَّحْوَ *docui Zaidum Grammaticam*; أَطْعَمْتُ ابْنَكَ لَحْمًا *comedere feci filium tuum carnem*.

IV. Cum duplici etiam Accusativo, non rei et personae, sed *Subjecti* et *Praedicati* construuntur:

1) Verba *dubii* أَفْعَالُ الشَّكِّ, quae significant *dubitare*, *opinari*, *credere*, *usurpare*, ut sunt praeci-

cipue: ظَنَّ *putavit*, حَسِبَ *opinatus fuit*, زَعَمَ *suspicatus fuit*, praecipue *false*, خَالَ *imaginatus fuit*, عَدَّ *reputavit*; v. c. وَتَظَنَّيْتُهُ مُعِينًا رَحِيمًا فَتَبَيَّنْتُهُ لَعِينًا رَجِيمًا *Equidem illum reputavi adjutorem benignum; sed postea certo illum cognovi maledicum esse execrandum*; Harir. Cons. XVIII.

2) Verba *certitudinis* أَفْعَالُ ٱلْيَقِينِ, quae *scire, videre, intelligere* significant, ut sunt praesertim: رَأَى *vidit*, عَلِمَ *scivit*, وَجَدَ *invenit*, cet.; v. c. رَأَى ٱللّٰهُ عَمَلَهُ حَسَنًا *vidit Deus, opus suum esse bonum*.

3) Verba *effectionis* أَفْعَالُ ٱلتَّصْيِيرِ, quae indicant *creare, efficere, constituere*, ut sunt inprimis: صَيَّرَ *effecit*, خَلَقَ *creavit*, إِتَّخَذَ *assumpsit*, جَعَلَ *constituit*, cet.; v. c.: وَصَيَّرْتُ وَعِظِي أُحْبُولَةً أُرِيغُ ٱلْقَنِيصَ بِهِ وَٱلْقَنِيصَةَ *Effeci* (constitui) *concionem meam rete, quo insidiando captarem praedam ex quocunque genere*; Harir. Cons. I.

Verba triplicis hujus Generis in auctis Formis plane cum tribus interdum Accusativis construuntur, cum duplici scilicet Subjecti et Praedicati, cui accedit Accusativus personae, v. c.

اريت

أَرَيْتُ بُطْرُسَ طَرِيقَ ٱلْخَلَاصِ سَهْلًا *ostendi Petro* (videre feci Petrum), *viam salutis esse facilem;* أَعْلَمْتُ زَيْدًا عَمْرًا مُنْطَلِقًا *certiorem feci* (edocui) *Zaidum, Amrum discedere* (ad verb. *discedentem*).

Nota. a) Verba sub III. et IV. in passiva Voce, posita vel persona vel Subjecto in Nominativo, unum tamen Accusativum vel rei vel Praedicati conservant, ut: أُعْطِيَ عَمْرٌو دِينَارًا *donatus est Amru aureo;* أُطْعِمَ ٱبْنُكَ لَحْمًا *cibatus est filius tuus carne;* يُظَنُّ زَيْدٌ كَاذِبًا *Zaidus putatur mendax;* quam singularem omnino constructionem ingeniose exposuit Ill. *de Sacy*, cf. Gramm. arabe, T. II. §. 180. et 181.

b) Verbum ظَنَّ cum sociis, de quibus supra IV. 1. 2. 3. diximus, Arabes adpellant *Verba cordium* أَفْعَالُ ٱلْقُلُوبِ, quum pleraque illorum denotent *mentis*, i. e. (pro Orientis cogitandi ratione), *cordis* operationem, post quae apud Latinos etiam, Conjunctione *quod* omissa, rectius duplex sequitur Accusativus cum Infinitivo Verbi, v. c. *vidit Deus, opera sua esse bona.* Eadem porro Verba Arabes accensent quinque classibus Verborum *transformantium* (ٱلنَّوَاسِخُ), quae nimirum mutant, seu *transformant* quasi, statum Subjecti et Praedicati, i. e. alium utriusque Casum postulant, quam fert indoles utriusque, pro qua et Subjectum et Praedicatum, si, deficiente copula Verbi, integram constituant sententiam, in Nominativo ponitur, cf. §. 89. III. His itaque Verbis doctrinam de reliquis *Transformantibus* §§. seqq. adjiciamus.

§.

§. 84. DE VERB. كَانَ *FUIT* CUM SIMILIBUS ILLI.

كَانَ *fuit* cum adfinibus: أَصْبَحَ *fuit, evasit mane;* أَضْحَى *fuit aut peregit quid provecto die;* ظَلَّ *fuit, evasit post meridiem, cum obumbrare incipit;* أَمْسَى *fuit, evasit,* praecipue *vesperi;* بَاتَ *fuit, evasit nocte, pernoctavit;* أَسْفَرَ *fuit vel factum est aliquid exorta aurora;* صَارَ *factus fuit, evasit;* قَعَدَ *factus est, (sedit);* عَادَ *rediit, evasit, factus est;* غَادَ *mane venit, factus est, evasit;* لَيْسَ (rarius: لَاتَ) *non est;* مَا زَالَ, مَا فَتِئَ, مَا انْفَكَّ, مَا بَرِحَ *non cessavit, non desiit esse, non destitit;* مَا دَامَ *quoadusque durat et durabit, quamdiu est vel erit;* haec omnia Subjectum quidem regunt in Nominativo, Praedicatum vero, sive sit Substantivum, sive Adjectivum, quod aut sequatur, aut ob notionis gravitatem praecedat, semper in Accusativo assumunt, v. c. لَا يَكُونُ ٱلْحَكِيمُ حَكِيمًا حَتَّى يَغْلِبَ جَمِيعَ شَهَوَاتِهِ *Non erit sapiens* (vere) *sapiens, donec domuerit omnes cupiditates suas;* مَنْ كَانَ ٱلطَّمَعُ لَهُ مَرْكَبًا: كَانَ ٱلْفَقْرُ لَهُ صَاحِبًا *Is, cui est cupiditas vehiculum, ei paupertas est socia;* كَانَ أَوْ صَغِيرًا كَبِيرًا *magnus sit aut parvus;* أَصْبَحَ مَا زَالَ ٱلْجَوُّ شَدِيدًا ٱلْبَرْدِ *mane fuit frigus vehemens;*

 محبوبا

مَحْبُوبًا *non desiit bonitas* (liberalitas) *esse accepta*, pro: semper grata fuit; ما دام ٱللّٰه موجودًا *quamdiu Deus existet*. De غادٌ conf. in Adpendice Sententt. XXVI. 3.

Nota 1) Illa horum Verborum, quae *tempore quodam* v. c. *matutino*, *vespertino*, cet. *aliquid esse* vel *fieri* indicant, eandem in Subjectum et Praedicatum exserunt virtutem sensu etiam metaphorico, v. c. لقد أصبحت موقوذًا بأوجاعٍ وأوجالٍ: وممنوًّا بمختالٍ ومحتالٍ ومغتالٍ *Equidem a primordiis* (ab ineunte aetate) *evasi obpressus a doloribus et pavoribus*; *atque adflictus per superbos*, *subdolos et peremptores*; Harir. Cons. VII. أواها لقد امستِ ٱلفضيلةُ مرذولةً وٱلرذيلةُ مقبولةً *Proh dolor! En his novissimis temporibus virtus facta est abjecta*, *et iniquitas accepta.*

2) ليس (cf. §. 53. I.) a) saepius Praedicatum emphatice adsumit in Genitivo cum Praepositione ب, quae tunc *profecto*, *sane* significat, ut ليس ٱللّٰه بظالمٍ *non est profecto Deus injustus*. b) Praedicatum illius, praecedente Particula excipiendi إلّا *nisi*, in Nominativo ponitur (cf. §. 91. II. 5. a.), v. c. ليس ٱلحيوةُ إلّا خيالٌ زائلٌ *Non est haec vita nisi umbra transiens*. c) Interdum ليس, Adverbii instar consideratum, cum Suffixis construitur, v. c. ليسهُ *non est ille*, ليسها *non est illa*, ليسهم *non sunt illi*.

3) Quatuor Verba ما زال, ما فتئ, ما انفكّ, ما برح,

solo sensu, supra adsignato, eoque negativo ob aliquam Particularum مَا, لَا vel لَمْ, illam habent vim, emphatice simul firmam Praedicati adhaesionem significantia; suntque tunc Verba *sterilia* (جَامِدَةٌ, quae nimirum nec omnia Formae I. Tempora, nec auctas recipiunt Formas); gaudent enim illa solo Aoristo I. et II. cum Modo prohibitivo, v. c. مَا زَالَتِ ٱلْفَضِيلَةُ مَمْدُوحَةً *non cessavit, nec cessabit virtus esse laudabilis.*

4) مَا دَامَ in tali Subjecti et Praedicati constructione solo Aoristo I. gaudet, atque constanter conjungitur cum Particula مَا, non negativa, sed *circumstantiali* (مَا ٱلظَّرْفِيَّةِ), quae scilicet Temporis conditionem, sive, ut dicunt, circumstantiam innuit, v. c. سِيرُوا مَا دَامَ ٱلنَّهَارُ مَوْجُودًا *Ambulate, quam diu dies lucida adest,* (dum lucem habetis). Extra talem constructionem omnium capax est Temporum, v. c. حَقُّ ٱلرَّبِّ يَدُومُ إِلَى ٱلْأَبَدِ *Veritas Domini manet in aeternum.*

§. 85. DE VERBO كَانَ CUM ADFINIBUS EI.

I. Alia *transformantium* Verborum (§. 85. IV. 3. b.) species est Verbum كَانَ cum sociis, quae vocantur Verba *adpropinquandi* et *inchoandi*, أَفْعَالُ ٱلْمُقَارَبَةِ وَٱلشُّرُوعِ. Priora *adpropinquandi* indicant vel a) propinquitatem *cujuscunque* eventus, per Praedicatum expressi, gratus sit vel ingratus, et sunt: كَادَ, كَرَبَ, أَوْشَكَ *prope fuit, parum ab-*

fuit, *quin*; vel b) propinquitatem eventus *sperati* et *optati*, quae sunt: عسي, حري, إخلولق *prope fuit*, *cum spe* tamen *eventus*, quare duo priora saepius redduntur per *utinam!* Posteriora *inchoandi* ipsum jam initium eventus, per Praedicatum expressi, designant, atque praecipue sunt: أخذ, إبتدأ, انشأ, جعل, طفق, شرع, quae omnia tunc, spretis reliquis suis significationibus, tantummodo *coepit*, *instituit facere* denotant.

II. Omnia vero hujus classis Verba regunt Nominativum Subjecti, quod semper Nomen est; et Accusativum Praedicati, quod autem constanter exprimitur per Aoristum II. Verbi alicujus vel adjecta, vel, quod frequentius obtinet, suppressa Conjunctione أن *ut*, *quod*, unde Aoristus II. semper considerandus est in *Accusativo* sive Conjunctivo (§. 29. II.), quamvis saepius, abjecta scilicet Conjunctione أن, ponatur in *Nominativo* sive Indicativo (§. 28. III.); v. c. كاد بطرس يغرق *parum abfuit*, *quin Petrus mergeretur*.

III. Sequitur autem Conjunctio أن post sola *adpropinquandi* Verba; nimirum 1) post حري et إخلولق *necessario* ac semper, v. c. حري بطرس أن يتوب *utinam Petrum poeniteret!* et 2) post reli-

qua:

qua: عسى, أوشك, كاد, كرب, *licite* tantum; elegantius tamen et post duo priora ponitur, et post reliqua duo supprimitur, v. c. تب عسى أن (vel عسى يغفر) يغفر آلله لك *poenitentiam age, prope erit, ut condonet Deus tibi;* يكاد آلبرق يخطف أبصارهم *parum abest, quin fulgur rapiat visum eorum*, Sur. II. 19.

IV. Supprimitur denique Conjunctio أن post omnia Verba *inchoandi*, v. c. شرع يسوع يقول للجموع *coepit Jesus dicere turbis.* 318

Nota 1) Haec quoque Verba in ejusmodi Subjecti et Praedicati constructione a) *sterilia* sunt (§. 84. *Nota* 3), scilicet nec auctas admittunt Formas, nec aliud Formae I. Tempus, quam Aoristum I., excepto كاد, quod Aoristum III., et أوشك, quod Aoristum II. et Participium quoque assumit; et b) resputunt reliquas, easque varias saepe, significationes suas, quibuscum minime sunt sterilia, v. c. شرع *legem tulit, manifestum fecit*, cet.; جعل *fecit, constituit*; أخذ *sumsit, accepit*, cet.

2) عسى in specie tunc tractatur vel ut *Verbum*, conveniens cum Nominativo praecedente; atque س illius in tota secunda Persona notatur aut per Fathha, v. c. عسيت, rel. aut per Kasra, v. c. عسيت, rel.; vel ut *Adverbium*, unde manet immutatum et absque et cum Suffixis, ad Nominativum praecedentem referendis, v. c. absque

que Suffixo: الرَّجُلَانِ عَسَى أَنْ يَتُوبَا *duos viros utinam ut poeniteret!* الرِّجَالُ عَسَى أَنْ يَتُوبُوا *viros illos utinam poniteret!* et cum Suffixo: زَيْدٌ عَسَاهُ أَنْ يَتُوبَ *Zaidum utinam poeniteret!* الزَّيْدَانِ عَسَاهُمَا أَنْ يَتُوبَا *duos Zaidos utinam poeniteret!* cet.

3) De reliquis duabus *Transformantium* classibus, scilicet et إِنَّ cum sociis et لَا, quum sint Particulae, infra Cap. IV. sermo recurret.

§. 86. DE VERBIS LAUDANDI VITUPERANDIVE ET ADMIRANDI.

I. Verba *laudandi vituperandive* (cf. §. 53. II.) construuntur cum Nominativo et Subjecti et Praedicati; posterius vero, semper Articulo restrictum, Subjecto praeponitur, ut proxime sequatur post Verbum, quocum, utpote specialis quasi notio illius, intime cohaeret, v. c. نِعْمَ ٱلرَّسُولُ بُولُصُ *quam optimus Apostolus est Paulus;* بِئْسَ ٱلتِّلْمِيذُ يُودَاسُ *quam pessimus discipulus est Judas.*

Nota. Praedicatum, tanquam notio specialis (§. 91. II. 7.) vel laudis vel vituperii, interdum, sed minus praestanter, et in Accusativo indeterminato ponitur, v. c. نِعْمَ رَسُولًا بُولُصُ.

II. De formulis *admirandi* praeter dicta (§. 53. III.) observa:

3)

a) Inter formulam admirandi مَا أَفْعَلَ atque Accusativum Objecti poni posse vel dictionem, indicantem tempus aut locum, vel Adverbium, vel Vocativum, v. c. مَا أَحْسَنَ فِي آلِهَيْجَا لِقَاءَهَا *quam pulcher est in proelio occursus ejus!*

b) Admirativi *Praeteritum* formari vel praemisso Verbo auxiliari كَانَ formulae admirandi, v. c. مَا كَانَ أَحْسَنَ زَيْدًا; vel illo eidem postposito cum مَا repetito, v. c. مَا أَحْسَنَ مَا كَانَ زَيْدًا *o quam pulcher erat* (fuit) *Zaidus!* *Futurum* vero, postposito pariter cum مَا Aoristo II. τȣ كَانَ formulae admirationis, v. c. مَا أَعْظَمَ مَا يَكُونُ أَجْرُكَ *o quam magna erit merces tua!*

c) Formulas admirandi (§. 53. III.) tantum formari posse in Verbis triliteris, demtis tamen Verbis Colorum vel Defectuum, quibus ejusmodi admirandi formulae periphrastico tribuuntur modo per alia Verba trilitera, qualitatem vel vehementiam significantia, v. c. كَثُرَ *multus fuit*; شَدَّ *vehemens, intensus fuit*; عَظُمَ *magnus fuit*; كَبُرَ *crevit*; بَلَغَ *ad summum pervenit terminum*; قَبُحَ *turpis, deformis fuit*, et similia, quae, secundum duplicem admirandi formulam vel in Aoristo I. quartae Formae sequente Accusativo Objecti construuntur,

tur, v. c. مَا أَشَدَّ حُمْرَةَ هٰذِهِ ٱلْوَرْدَةِ *o quam intensa est rubedo hujus rosae!* مَا أَقْبَحَ عَمَا زَيْدٍ *quam deformis est coecitas Zaidi!* vel in Imperativo Formae IV. sequente Genitivo Objecti emphatice cum Praepositione بِ loco Accusativi, v. c. أَشْدِدْ بِحُمْرَةِ هٰذِهِ ٱلْوَرْدَةِ et أَقْبِحْ بِعَمَا زَيْدٍ

§. 87. DE VERBIS CUM PRAEPOSITIONIBUS.

Constructio Verborum cum Praepositionibus, post illa sequentibus, nostra supplet Verba *composita*, quibus Semitae omnino carent. Multiplices itaque pro diversitate Praepositionum, quibuscum Verbum aliquod conjungitur, significationes oriuntur, quas tamen una cum Praepositionibus, quas singula adsumunt Verba, Lexica docent; aliquas tamen observationes de frequentioribus atque gravioribus Verborum cum Praepositionibus construendi rationibus hic subjungimus.

Nota: 1) بِ a) *societatem* exprimit sensu *una cum*, unde *intransitiva* Verba, quae *ire*, *venire* significant, cum بِ constructa, *transitivo* sensu indicant *adferre*, *ducere*, *abducere*, cet.; sic جَاءَ, أَتَى *venit*, cum بِ, *adtulit*; ذَهَبَ *abiit*, cum بِ, *abduxit*. b) *Instrumento*, quo quid fit, vel *pretio*, quo quid constat, بِ praeponitur, v. c. رَدَّى *cal-*

calcavit ungulis, فَدَا *redemit* pretio, شَرَا *permutavit*, *emit*, *vendidit*. c) Varias denique alias significationes denotat ب cum diversis Verbis, v. c. cum بَدَا *incepit a* re, *per* aliquid; cum بَشَّرَ in Forma X., ut cum فَرِحَ et هَاءَ *laetatus fuit de* re aliqua, cet.

2) Cum إِلَى *ad* construuntur v. c. رَجَعَ, ثَابَ *rediit ad* aliquem; سَرَعَ in Forma III. *festinavit ad* aliquem; rarius etiam Verba *veniendi*, أَتَى v. c. §. 83. II. 3.; زَادَ *adjecit ad*; صَعِدَ *ascendit in*, *super*; مَالَ *propensus fuit in*, *erga*.

3) لِ recipiunt Verba, quae *dare*, *auferre*, *licere*, *prodesse* significant. Deinde كَانَ cum لِ personae exprimit *habere*, v. c. كَانَ لَهُ *fuit illi* pro habuit. Praeterea cum multis construitur Verbis, quae in vernacula v. c. vel in Latina lingua conjunguntur cum *ad*, *de*, *pro*, *in*, *erga*, cet. v. c. أَدَّى in IV. *aptum reddidit ad*; فَرِحَ *hilaris fuit de*, حَزِنَ *tristis fuit de*, لَطُفَ *clemens fuit in*, جَزَلَ in IV. *liberalis fuit erga*, *in*, cet.; cum Verbis *loquendi* indicat *de*.

4) عَلَى adsumunt praecipue Verba, quae *dolere*, *gemere*, *gaudere*, *misereri*, *insurgere*, *consilium inire contra* aliquem, *praeterire juxta* significant; Verba porro *tegendi* cum عَلَى denotant *ob* — vel *protegere*, *defendere*, v. c. جَنَّ عَلَى, كَنَّ عَلَى, عَطَا عَلَى, cet.; Verba, quae *gravis esse* exprimunt, cum عَلَى indicant *molestus fuit*, *pressit*; composita denique *praescribere*, *praecipere* per عَلَى innuuntur, v. c. كَتَبَ عَلَى *praescripsit*.

5)

5) Vario sensu فِي adjungitur, v. c. جَهَدَ *diligentia usus fuit in*, زَهَدَ *abstinuit a, nauseam habuit de*, فَكَرَ *attendit ad, in*, cet.

6) بَيْنَ *inter* occurrit cum Verbis *secandi, separandi*, v. c. فَصَلَ, بَانَ, بَتَّ, قَطَعَ, جَزَلَ, cet.

7) عَنْ admittunt, v. c. أَفَكَ, نَزَهَ *avertit a*, بَعُدَ *disitit a*, سَأَلَ *interrogavit de*, غَفَلَ *incuriosus fuit in*, cet.

8) مِنْ habent, v. c. خَلَا *vacuus fuit a, de*; خَلَصَ *liberavit a, ex, de*; عَجِبَ *miratus est de, ob*, cet.

9) Multa Verba cum pluribus simul construi possunt Praepositionibus, pro quarum diversitate varias omnino significationes subeunt; nam prima illorum notio vel intenditur, vel tropico venit sensu, vel ex intransitivo in transitivum abit, vel alias quasdam secundarias notiones acquirit, quam rem quaedam exempla illustrent. Sic v. c. بَكَرَ *diluculo fuit* vel *evasit* praeterea significat, constructum scilicet vel cum مِنْ, v. c. بَكَرَ مِنَ ٱلْمَدِينَةِ *diluculo abiit ex civitate*; vel cum إِلَى, v. c. بَكَرَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ *diluculo venit in civitatem*; vel cum عَلَى, v. c. بَكَرَ عَلَى ٱلْعَمَلِ *summo mane surrexit ad opus, eique se accinxit*; vel cum فِي, v. c. بَكَرَ فِي ٱلدَّرْسِ *mature vires suas intendit in studium* aut بَكَرَ إِلَى ٱلدَّرْسِ *summo mane vacavit studiis*. Similiter ضَرَبَ *percussit* denotat constructum vel cum بَيْنَ *homines ad rixam concitavit, quasi illos una verberando*; vel cum فِي *regiones quasi pedibus percutiendo* i. e. calcando *peragra-*

gravit, lucri quaerendi causa; vel cum عَلَى *victus quaeritandi ergo egressa fera praedam aggressa fuit, in illam quasi percutiendo insiliens*; sic v. c. Abdull. Mem. Aeg. I. 3. dicit: وَكَانَتْ وَاحِدَةٌ قَدْ ضَرَبَتْ عَلَى ٱلْمَرَاكِبِ تُغْرِقُهَا ..... وَضَرَبَتْ أُخْرَى عَلَى ٱلْجَوَامِيسِ وَٱلْبَقَرِ وَبَنِي آدَمَ تَقْتُلُهُمْ *Erat autem* (equa marina), *quae victum quaeritandi causa egressa insiliebat in naves, easque submergebat....; atque in eundem finem egressa altera, insiliebat in bubalos et boves et homines, et interficiebat illos.*

10) Verborum denique transitivorum et activorum notio, si loco Accusativi construantur cum aliqua Praepositione, solet intendi, v. c. (pro قَوْلِي) مَنْ يُحِبُّنِي يَحْفَظُ بِقَوْلِي *qui me diligit, omnem suam operam in servandum meum sermonem intendit*; وَٱلرَّقِيبُ ٱلَّذِي لَا يَخْفَى عَلَيْهِ خَافِي emphatice pro ٱلَّذِي لَا يَخْفَى عَلَيْهِ خَافٍ *et Observator* (Deus scrutator omnium), *quem nunquam latet ullum occultum*; Harir. Cons. VII. cf. §. 65. 1. II. h.

CAPUT III.

De Syntaxi Nominis.

§. 88. DE PERIPHRASI SUBSTANTIVORUM ET ADJECTIVORUM.

I. *Substantivi* locum tenet

1) Adjectivum (instar Neutrius Graecorum vel Latinorum, v. c. *το μωρον* pro *μωρια*, *το σοφον* pro

pro σοφια, *honestum* pro virtus, *integrum* pro integritas) maxime in feminino, rarius in masculino Genere, v. c. سَيِّآتُكُمْ *mala vestra* scilicet opera, i. e. peccata; الصَّالِحَاتُ *bona* scil. opera; كَبِيرَةٌ *ingens* scil. crimen; قِتَالٌ فِيهِ كَبِيرٌ *proelium committere in eo* (mense Ramaddan) *ingens est* (crimen).

Nota. Neutrum vero Latinorum, quo carent Semitae, in universum per femininum, rarius per masculinum Genus compensatur.

2) *Epitheta ornantia* a poetis saepe usurpantur, ipsis Substantivis omissis, quae tamen facile possunt suppleri, quum Epitheta illa sint *perpetua*, eidem semper Substantivo adjecta, v. c. بَارِقٌ *fulminans* pro gladius; أَبْيَضُ *candidum* et pro gladius, et pro argentum; ita notio *leonis* (cf. *Damir* apud *Bochart*. I. pag. 721. 722.) per 500., notio *Dei* per 300. ejusmodi Epitheta solet exprimi.

II. *Adjectivis* et verbalibus et denominativis (cf. §. 57. A. et B.) accedunt, quae:

1) Per Statum Regiminis exprimuntur, ubi aut plerumque posterius Substantivum rectum, aut, rarius tamen, prius regens vices gerit Adjectivi, v. c. بَيْضَةُ فِضَّةٍ *ovum argenti* pro argenteum;

حَيَاةٌ

حَيَاةُ ٱلدُّنْيَا *vita mundi* pro mundana; aut طُولُ ٱلتَّجَارِبِ *longitudo experientiae* i. e. longa experientia; كَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ *multitudo somni* i. e. multus somnus.

Nota. Substantiva كُلٌّ *universitas*, أَيٌّ *qualitas* et غَيْرٌ *mutatio*, (quo ultimo exceptio et privatio solet significari) semper tanquam regentia Adjectivum denotant, v. c. كُلُّ شَيْءٍ *omnis res*; كُلُّ ٱلنَّاسِ *omnes homines*; أَيُّ حُرٍّ *quis ingenuus?* أَيَّةُ ٱمْرَأَةٍ *quaenam mulier?* غَيْرُ مَخْلُوقٍ *increatus*.

2) Saepe Substantivum in adpositione sive in eodem Casu ac Statu vel determinato vel indeterminato cum Substantivo praecedente, Genus tamen suum et Numerum singularem perpetuo servans, pro Adjectivo substituitur, atque tunc, serie contexta ita suadente, maxime si sit Praedicatum, tale Abstractum, Concreti loco positum, non raro Superlativum exprimit, v. c. ٱللّٰهُ ٱلْعَدْلُ *Deus justissimus* (ipsa quasi justitia); رَجُلَانِ عَدْلٌ *duo viri justi*; رِجَالٌ عَدْلٌ *viri justi*; مَالَتْ إِلَى ٱسْتِخْلَاصِ ٱلْبَدْرِ ٱلتَّمِّ *ipsa vero* (vetula) *propensa fuit ad acquirendum plenilunium integritatis* i. e. integrum, completissimum, ita ut sit ipsum com-

ple-

plementum, ipsa perfectio; alludit Harir. Cons. VII. ad aureum formosum ac perfecte rotundum instar lunae plenae, atque integrum omnino ac completum ratione habita ponderis.

3) Nonnulla Adjectiva, possessionem, proprietatem, consuetudinem vel similitudinem notantia, quae in vernacula nostra sola et loco Substantivorum ponuntur, singulari ratione indicantur per Substantiva, *possessorem* illius Adjectivi significantia, quae sunt: أَهْلٌ *gens;* إِبْنٌ *filius;* بِنْتٌ *filia;* صَاحِبٌ *socius;* ذُو (fem. ذَاةٌ vel ذَاتٌ) *possessor, praeditus;* أُولُو *possessores, praediti;* v. c. أَهْلُ ٱلْقُبُورِ *gens sepulcrorum*, i. e. sepulti; أَهْلُ ٱلْأَدَبِ Gall. *gens de lettres*, i. e. literati; صَاحِبُ ٱلنَّارِ *socius ignis* i. e. particeps ignis, condemnatus ad ignem; ذُو فَمٍ مُرٍّ *possessor oris amari* i. e. conviciator; إِبْنُ ٱلسَّبِيلِ *filius viae* i. e. viator.

§. 89. DE NOMINATIVO.

I. Subjectum Verbi et activi et passivi semper in Nominativo ponitur; talem vero Nominativum, cui activum innititur Verbum, Arabes nominant *Agens*, et cui passivum innititur, *Agentis Vices* ge-

gerens, v. c. اللّٰه يعلم ما تعملون *Deus scit, quod facitis*; ضُرِبَ زيدٌ *verberatus est Zaidus*.

II. *Nominativus* porro saepe *absolutus* est, qui scilicet initio sententiae solus absque nexu cum sequentibus praemittitur, et integram quasi propositionem exprimit, quae plerumque solvitur per: *quod adtinet ad* —. Ponitur autem emphatico semper modo:

1). Quando tanquam Nominativus Subjecti sequentis enunciationis praecipue effertur; praemisso tali Nominativo fere semper praeponitur Particula أمّا, quam in apodosi sensu quasi responsorio sequitur فَ (cf. §. 65. III. 1. b.), v. c. أمّا الصّدِيقُ فكنتُه *justum quod adtinet, utique sum talis*, in vernacula: gerecht — das bin ich.

2) Quando Nomen, Subjecti praerogativam prae se ferens, ab alio Nomine rectum est in Casu aliquo obliquo; tunc tale Subjectum, ob notionis dignitatem praemittendum, semper in absoluto Nominativo praeponitur, obliquus vero Casus illius compensatur per sequens Suffixum, regenti scilicet subjunctum; regens itaque quia per tale Suffixum alio quasi modo *occupatur*, Arabes hanc operationem regulam *Occupationis* (الاشتغال)

(الإشتغال) adpellarunt. Sic v. c. per Suffixum compensatur praemissi in Nominativo absoluto Subjecti a) *Genitivus*, ut: بطرس حماته محمومة pro حماة بطرس محمومة *Petri* (non alterius cujusdam) *socrus febri laborat; b) Accusativus*, ut: يسوع صلبه اليهود pro يسوع صلب اليهود *Jesum quod adtinet, in crucem egerunt eum Judaei;* c) Casus obliquus, ab aliqua Praepositione pendens, ut: المسيح له طبيعتان pro للمسيح طبيعتان *Solus Christus habet duas naturas*, pro: duae naturae sunt Christo.

III. In Nominativo denique semper est et *Subjectum* et *Praedicatum* (hoc sive Substantivo sive Adjectivo exprimatur), si omisso Verbo Substantivo utrumque per se integram constituat propositionem, v. c. الله عادل *Deus est justus;* الله اكبر *maximus* est *Deus*. Subjectum tunc quidem semper est determinatum sive Articulo, sive per Statum relationis, sive ipsa natura sua, utpote Nomen proprium; Praedicatum contra, si *Adjectivum* sit, constanter indeterminatum est, v. c. الله عادل; si vero sit *Substantivum*, Articulus aut praeponitur, scilicet si certa actio, qualitas vel species rerum; aut omittitur, si nimirum generica

rica et universalis notio per tale Substantivum exprimitur, v. c. اَلْوَرَعُ شَجَرَةٌ أَصْلُهَا اَلْقَنَاعَةُ وَثَمَرَتُهَا اَلرَّاحَةُ *Temperantia est arbor, cujus radix est animi jucunditas, et fructus ejus quies;* ubi Praedicatum شَجَرَةٌ tanquam generica notio caret Articulo, sed اَلْقَنَاعَةُ et اَلرَّاحَةُ adsciscit Articulum tanquam notio certa et specialis. Si ergo vel Subjectum sit indeterminatum, vel Adjectivum Praedicati determinatum; illa mutua Subjecti et Praedicati relatio cessat, nec amplius integra cernitur enunciatio, sed solum Substantivum cum aliquo Adjectivo conjunctum; unde v. c. اللهُ عَادِلٌ significat: *Deus justus aliquis, ein gerechter Gott,* vel اَللّٰهُ اَلْعَادِلُ *Deus justus* certus, *der gerechte Gott,* minime vero: *Deus est justus, Gott ist gerecht,* ut supra: اَللّٰهُ عَادِلٌ.

Nota 1) Adjectivum Praedicati tamen Articulo etiam restringitur, si Subjectum inter et Praedicatum confirmandi gratia Pronomen separatum interseritur, (cf. §. 68. II. 2. cum Nota); v. c. اَللّٰهُ هُوَ اَلْحَيُّ اَلْقَيُّومُ *Deus utique vivus est, aeternus;* إِنَّكَ أَنْتَ اَلْوَهَّابُ *Tu profecto es ille admodum liberalis.*

2) Subjectum plerumque, utpote gravior in universum notio, solet praeponi, nisi Praedicati notio sit di-

gnior et magis principalis, ad quam praemittendo Lector attentus sit reddendus, v. c. اَكْبَرُ ٱللّٰهِ *omnium maximus est Deus.*

3) In tali Subjecti et Praedicati constructione utique non potest adhiberi Aoristus II. Verbi Substantivi يَكُونُ, qui alioquin ne significat quidem, nisi rarius, Indicativum Praesentis *est*, sed aut *Conjunctivum sit* cum أَنْ, v. c. يَنْبَغِي أَنْ يَكُونَ ٱلْبَيْضُ طَرِيًّا *oportet, ut sint ova recentia*, *Abdull.* Mem. Aeg. I., 3; aut *Futurum* cum aliqua probabilitate, v. c. فَتَكُونُ مَسَافَةُ ٱلنِّيلِ *erit itaque distantia Nili*, ibid. I., 1; aut *fieri*, *inveniri*, v. c. تَكُونُ فِي ٱلْمَآءِ وَبَيْنَ صُخُورِ ٱلْجَنَادِلِ كَثِيرَةً كَٱلدُّودِ وَتَكُونُ كِبَارًا وَصِغَارًا *inveniuntur* (crocodili) *in aqua* (Nili) *et inter saxa cataracturum* (Nili) *copiosi velut vermes, et fiunt magni et parvi*; ibid. I., 3.

4) Particulae negandi لَا et مَا Accusativum regunt Praedicati, si hoc post Subjectum sequitur, quin inter utramque Particula excipiendi إِلَّا intercedat; praeterea post لَا Subjectum esse debet adpellativum Nomen, idque indeterminatum; et post مَا non sequi potest إِنَّ *utique, sane*; v. c. مَا زَيْدٌ قَائِمًا *Zaidus non stat*; sed: لَا ٱللّٰهُ كَاذِبٌ *Deus non est mendax.*

5) Non raro Praedicatum per accidens, ob Praepositionem scil. aliquam, بِ maxime, مِنْ, فِي cet., cum aliqua tamen emphasi est in Genitivo, v. c. مَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ

illi

illi utique non sunt fideles (inter fideles); Sur. II., 7. Cf. §. 65. II. 1. g. Idem obtinet in Praedicato post إِنَّ cum sociis, et post لَا, Particulam absolute negativam, cf. §§. 98. 99.

6) Interdum Subjectum, notum quippe, plane supprimitur, v. c. in librorum, eorumque sectionum et capitum inscriptionibus, ut عِلْمُ ٱلنَّحْوِ *scientia Grammaticae*, vel ٱلْفَصْلُ ٱلْأَوَّلُ *Sectio* (Caput) *prima*; in utroque exemplo desideratur Subjectum: هٰذَا Pron. demonstr., ut sit: *haec est scientia Grammaticae, haec est sectio prima.* Ita legitur in *Abdull.* Mem. Aeg. I., 1. inscriptio: فِي خَوَاصِّ مِصْرَ آلخ *De proprietatibus Aegypti* cet. suppresso scilicet Subjecto: ٱلتَّعَاطِي *Tractatus*, (proprie Infin. Formae VI. تَعَاطَى *omnes nervos intendit in rem*, unde constructio cum فِي intelligitur).

§. 90. DE GENITIVO ET DE STATU REGIMINIS.

I. In Genitivo ponitur Nomen *rectum* a praecedente Nominativo Nominis *regentis*, in quo *Statu constructo* sive *Regiminis*, ut dicitur, semper duo conjunguntur Nomina, ita secum nexa, ut prioris significatio generalis et vaga addito posteriori determinetur ac restringatur, v. c. حِكْمَةُ ٱللّٰهِ *sapientia Dei*; دَارُ زَيْدٍ *domus Zaidi*; بَيْضَةُ فِضَّةٍ

ovum argenti; دارك *domus tua* (cf. §. 62. B. 1.). Ipse Genitivus rectus vel ad Subjectum vel ad Objectum potest referri, pariter ut in Latinorum v. c. *metus hostium*, ubi *hostium* vel Subjectum indicat, hostes ipsos timentes; vel Objectum, hostes scilicet, quos alii timent; cf. Gell. N. A. IX., 12.

Nota 1) Infinitivi quoque et Participia Verborum transitivorum, si ut Nomina tractantur, regunt Genitivum, §. 78. I. 1. et §. 80. I.

2) A pluribus Nominibus rectus Genitivus idem primo statim regenti additur, reliquis vero regentibus singulis adjungitur Suffixum, ad Genitivum rectum referendum; v. c. دار زيد ومالهُ وارزاقهُ *Domus, opes atque facultates Zaidi*; vel دار زيد وعمرو ومالهما وارزاقهما *Domus Zaidi et Amru, eorumque opes ac facultates.*

II. Genitivum praeterea regunt: 1) Superlativa, cf. §. 93. I. 2. a. 2) Adjectiva, constructa cum notione *speciali*, §. 91. II. 7. γ. 3.) Numeralia nonnulla, §. 94. I. et 4) Praepositiones omnes, §. 66. B. I.

Nota. Interdum Substantivum, non in adpositione, ut fieri deberet, sed in Genitivo sequitur, ubi vero ellipsis statuenda est, v. c. زيد كرز *Zaidus pera* dictus, pro زيد المسمّي بكرز *Zaidus, adpellatus nomine peras;* يوم الخميس

اَلْخَمِيسِ *dies* hebdomadis *quinta* i. e. Jovis, pro اَلْيَوْمُ اَلْمُسَمَّي بِالْخَمِيسِ *dies, nominata quinta*; vel nota illa Hierosolymarum adpellatio: بَيْتُ اَلْمَقْدِسِ *domus sanctificata*, pro بَيْتُ اَلْمُسَمَّي بِالْمَقْدِسِ *domus, adpellata nomine sanctificatae.*

§. 91. DE ACCUSATIVO.

I. *Verba* regunt Accusativum vel 1) Infinitivi absoluti, cf. §. 76.; vel 2) Objecti, Personae, imo et duplicem Accusativum, cf. §. 83. I. — IV.; vel 3) Praedicati, §. 84.

II. Praeterea Accusativus est, instar Genitivi Graecorum, *Casus adverbialis*, i. e. omnes accessorias actionis conditiones sive, ut vocant, *circumstantias* exprimit, atque gravem Adverbiorum defectum Arabicae linguae supplet. In specie ergo ponitur in Accusativo:

1) *Temporis* adjunctum ظَرْفُ اَلزَّمَانِ, sive vagi et indeterminati, sive fixi et determinati, v. c. اَلْيَوْمَ vel صُمْتُ يَوْمًا *jejunavi die quadam* vel *hodie*; قَامَ اَلْمَسِيحُ يَوْمَ اَلْأَحَدِ وَقْتَ اَلْغَلَسِ *surrexit Christus die Dominica, tempore summi diluculi.* Talis tamen circumstantia Temporis solvi etiam

pot-

potest per Praepositionem فِي *in* (unde ab Arabibus dicitur etiam *Patiens in quo* المَفْعُولُ فِيهِ pariter, ut circumstantia *Loci)*, atque tunc in exemplo praecedente erit: قَامَ ٱلْمَسِيحُ فِي يَوْمِ ٱلْأَحَدِ فِي وَقْتِ ٱلْغَلَسِ. Imo Relativum ٱلَّذِي, utpote indeclinabile, semper per فِي construendum est, v. c. جِئْتُ ذَاكَ ٱلْيَوْمَ ٱلَّذِي جِئْتَ فِيهِ *veni eadem die, qua tu venisti.*

2) Conditio *Loci* ظَرْفُ ٱلْمَكَانِ: et *Loci vagi*, qui per vocabulum indicatur, quod generatim relationem loci alicujus cum alio loco exprimit, v. c. يَمِينًا *dextrorsum*, شِمَالًا *sinistrorsum*, يَسَارًا idem, أَمَامَ *antrorsum*, وَرَا vel خَلْفَ *retrorsum*, تَحْتَ *infra*, فَوْقَ *supra*, عِنْدَ *penes*, cet.; et cujuscunque loci *Distantiae*, v. c. مِيلًا *milliare*, فَرْسَخًا *parasanga*, cet.; v. c. وَقَعْتُ فَوْقَ ٱلْجَبَلِ *steti super montem*; مَشَيْتُ فَرْسَخًا *deambulavi parasangam*. Nomina vero, quae *fixum* denotant locum, terminis suis circumscriptum, quo actio aliqua peragitur, v. c. مَسْجِدٌ, بِيعَةٌ *templum*, *ecclesia*, مَقْتَلٌ *locus occisionis*, ٱلْبَيْتُ *domus*, cet. construuntur

cum

cum Praepositione فِي, ut: صَلَّيْتُ فِي مَسْجِدِ ٱلنَّبِيِّ *precatus sum in templo prophetae;* duobus tamen Verbis: دَخَلَ *ingressus est* et سَكَنَ *habitavit* exceptis, quae cum *fixi* quoque loci Accusativo construuntur, v. c. دَخَلْتُ ٱلْكَنِيسَةَ *ingressus sum ecclesiam;* سَكَنْتُ ٱلدَّارَ *inhabitavi domum.*

Nota. Nonnulla Nomina *Temporis* vel *Loci*, quae quidem, ut omnia illa supra II. 1. 2., proprie tanquam Nomina suum Casum adverbialem Accusativi adsumunt vel absque Nunnatione, si regant Genitivum; vel cum Nunnatione, si non in Statu Regiminis, sed absolute ponantur, possunt porro etiam tanquam Praepositiones vel Adverbia cum aliqua Praepositione in Genitivo construi, cf. §. 66. A. II. 2. *a* et *c*, et B. II.; imo nonnulla, Nomine recto scilicet omisso, plane tanquam *ακλιτα* in fine adsciscunt Ddamma, v. c. قَبْلُ *ante*, *prius*, بَعْدُ *postea*, cf. §. 66. A. II. 2. b.

3) Notio *finis* et *consilii* actionis (ٱلْمَفْعُولُ لَهُ vel مِنْ أَجْلِهِ *Patiens propter quod*) est in Accusativo indeterminato, v. c. سَجَدْتُ إِجْلَالًا لِلْقُرْبَانِ ٱلْمُقَدَّسِ *adoravi in reverentiam* (honorem) *SS. Sacramenti.* Eadem notio indicatur etiam per determinatum Genitivum, scilicet cum praefixa لِ, aut Suffixo adjuncto, aut Articulo praeposito, v. c. ضَرَبْتُهُ

لتأديبه

لِتَأْدِيبِهِ vel لِلتَّأْدِيبِ *verberavi eum in correctionem ejus.* Cf. §. 77. I.

4) و si loco مَعَ *cum* exprimat notionem *consortii* (المَفْعُولُ مَعَهُ *Patiens cum quo* vel وَاوُ ٱلْمَعِيَّةِ *Uau socialis)* socium regit aut a) *necessario* in *Accusativo*, proxime scilicet praecedente vel Verbo, vel aliqua Interrogatione, v. c. سِرْتُ وَزَيْدًا vel أَنَا سَائِرٌ *incedo* vel *incessi cum Zaido;* كَيْفَ حَالُكَ وَزَيْدًا *quomodo est status tuus cum Zaido?* aut b) *pro lubitu* in *Accusativo* vel *Nominativo*, intercedente scilicet inter و et Verbum aut Nomine aut Pronomine separato, v. c. وَعَمْرًا vel قَامَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو, *surrexit Zaidus et Amru* vel *cum Amru;* وَإِيَّاكَ vel قُمْتُ أَنَا وَأَنْتَ *surrexi ego et tu* vel *tecum;* ubi elegantius socius Nomine intercedente in Nominativo, et Pronomine intercedente in Accusativo ponitur.

5) *Excepti* المُسْتَثْنَى quoque notio saepius post certas excipiendi Particulas in Accusativo legitur; nimirum

a) Post إِلَّا *nisi, praeterquam, excepto*, praecedente *adfirmativa* sententia, v. c. قَامَ ٱلنَّاسُ إِلَّا زَيْدًا *surrexerunt homines praeter Zaidum;* post *negativam* vero enunciationem Exceptum in illo

po-

ponitur Casu, quem regens hujus antecedentis sententiae postulat, v. c. مَا نَصَرَنِي إِلَّا زَيْدٌ *nemo me adjuvit, nisi Zaidus;* مَا نَصَرْتُ إِلَّا زَيْدًا *neminem adjuvi, nisi Zaidum;* مَا مَرَرْتُ إِلَّا بِزَيْدٍ *non transivi nisi penes Zaidum.*

Nota. Subjectum tamen et Praedicatum, non obstante intercedente إِلَّا, semper utrumque est in Nominativo, v. c. مَا جَعْفَرٌ إِلَّا كَاذِبٌ *non est Dschafar nisi mendax*; cf. § 89. III. et Nota 4.

b) Post غَيْرُ, سِوَى sive سَوَآءُ, quum proprie sint Nomina, Exceptum instar recti in Genitivo sequitur; ipsa vero illa excipiendi Nomina, prout Exceptum post إِلَّا, vel in Accusativo sunt post propositionem *adfirmantem;* vel in quocunque alio Casu, quem praecedens *negativa* sententia regit, v. c. سِوَاءٌ زَيْدٍ vel جَاءَ ٱلْقَوْمُ غَيْرَ *venerunt homines, excepto Zaido;* سِوَاءُ زَيْدٍ vel مَا جَاءَ غَيْرُ *nemo venit, nisi Zaidus;* سِوَاءُ زَيْدٍ vel مَا رَأَيْتُ غَيْرَ *neminem vidi, nisi Zaidum.*

c) Denique خَلَا *(vacuus fuit* locus, *abfuit)*, عَدَا *(praeteriit, abiit)* et حَاشَا *(excepit)* vel utpote *Verba* Exceptum in Accusativo sibi junctum habent; vel instar *Adverbiorum* considerata, in Geni-

nitivo; Verba tamen خَلَا et عَدَا, constructa cum Pronomine مَا, tantum qua Verba possunt spectari, admisso solo Accusativo Excepti, v. c. ذَهَبَ ٱلْقَوْمُ مَا خَلَا (مَا عَدَا) زَيْدًا *abierunt homines, excepto Zaido;* زَيْدٍ vel زَيْدًا (حَاشَا, عَدَا) خَلَا قَامَ ٱلْقَوْمُ *surrexerunt homines praeter Zaidum.*

6) Notio ٱلْحَالِ i. e. *Dispositionis, Status, Modi*, quo adparet Orationis Subjectum, illa sive in Nominativo sive in Casu obliquo deberet esse, expressa tamen per Participium vel Adjectivum, constanter ponitur in Accusativo, in qua constructione semper supplenda est interrogativa Particula كَيْفَ *quomodo?* v. c. جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا *venit Zaidus equitans;* رَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ مُسْرَجًا *vectus sum equo, ephippio instructo;* لَقِيتُ ٱلسُّلْطَانَ عِنْدَهُ بَاكِيًا *obviam veni Sultano penes illum, ploranti,* (quum ploraret); ٱلَّذِينَ يَذْكُرُونَ ٱللّٰهَ قِيَامًا وَقُعُودًا *qui recordati fuerint Dei, stantes aut sedentes.*

Nota. Eadem *Dispositionis* notio etiam indicari potest vel per summam *nominalem*, ut nominant, (i. e. per propositionem, ope Subjecti et Praedicati, omisso Verbo, expressam, §. 89. III.); vel per summam *verbalem*, ut dicunt, (i. e. per enunciationem, cujus Praedicatum significatur per Verbum). Jam *a*) in *nominali* summa sem-

semper *Nominativo* Subjecti praefigitur و, quae dicitur واو الحال i. e. و *status*, v. c. جاء زيد والشمس طالعة *venit Zaidus, oriente sole* (quum sol esset oriens). Eidem Subjecti Nominativo saepius additur quoque Suffixum, ad praecedentis sententiae Subjectum scilicet referendum, v. c. جاء زيد ورأسه مكشوف *venit Zaidus capite detecto* (quum caput ejus detectum esset). b) In *verbali* summa si Verbum sit in *Aoristo I.*, solet praefigi sensu *adfirmante* و *status* una cum Particula confirmandi قد sive وقد, v. c. أشرف شيخ ..... وقد لفّع وجهه بردائه *adparuit senex... obtectam habens faciem suam pallio suo*; Harir. Cons XI.; sensu autem *negante* tantum و *status*; si vero Verbum sit in *Aoristo* II., sensu *adfirmativo* totum وقد supprimi, et sensu *negativo*, saltem و *status* praemitti solet, v.c. فانصاعت تقتصّ مدرجها : وتنشد مدرجها *Tum illa* (vetula) *celeriter retrogressa est, sectans viam suam, atque quaeritans codicillum suum*, Harir. Cons. VII.; vel فرصدتها... وما يتهيّأ لها عناء ولا يرشح على يدها إناء *Itaque attente observavi illam ....*, *quum interea nec prospere succederet illi industria* (studium), *nec stillaret super manum ejus vas* (marsupium scilicet adstantium); ibidem.

7. Accusativum adsumit *segregandi*, *distinguendi* sive *distinctionis* التمييز vulgo *specificationis* notio qualiscunque, quae scilicet determinat aut a) notionem *specialem* quidem, sed vagae adhuc qualitatis, venustus v. c. *facie*, *oculis*, *pedibus*, cet., cui

vo-

vocabulo distinctionis praemittunt Graeci κατα, Latini *quod adtinet ad, ratione, respectu*, Germani *an, im Betreffe, nach*; aut b) naturam et speciem rei vel *dimensae*, vel *ponderatae*, vel *numeratae*. Exempla ad *a*: زيد أفضل ٱلنّاسِ عِلْمًا *Zaidus est praestantissimus hominum scientia* (eruditione); زيد أكرم مِنك ابا وأجمل وجها *Zaidus te illustrior est ratione patris* (pater ejus nobilior est tuo) *et pulchrior facie*; زرع ٱلحقل شعيرًا *seminavit agrum hordeo*; ad *b*: أخذت كيلَ قمحٍ (كيلًا قمحًا) *accepi mensuram tritici*; إشتريت رطلًا زيتًا (رطلَ زيتٍ) *emi rotolum olei*; ملكت الفَ شِبرٍ ارضًا (شِبرَ ارضٍ) *possedi mille spithamas terrae*; ex quibus exemplis simul patet, *specialem* notionem Ponderis, Mensurae vel Dimensionis etiam tanquam rectum poni in Genitivo.

Nota. α) Huc quoque sunt referenda, quae §. 76. de Infinitivo absoluto, ejusque usu speciali sunt dicta.

β) De *speciali* notione Numerorum infra erit dicendum §. 94.

γ) *Specialis* notio Participii vel Adjectivi, i. e. Substantivum, quo praecedentis Participii vel Adjectivi ratio, modus, qualitas definitur, triplici ratione construitur; aut 1) plerumque in Accusativo, eoque semper indeterminato, ubi prae-

praecedens Participium vel Adjectivum servat Nunnationem vel Articulum, v. c. جاء زيد الحسن وجها *venit Zaidus, pulcher facie*, vel: جاءني رجل حسن وجها *venit ad me vir* (quidam), *pulcher facie*; aut 2) saepius in Genitivo, eoque constanter per Articulum restricto, quin regens amittat Articulum, v. c. جاء زيد الحسن الوجه; aut 3) rarius in Nominativo, cui Suffixum additur, referendum ad Subjectum, v. c. جاء زيد الحسن وجهه *venit Zaidus, (cujus) pulchra est facies ejus.*

5) Denique post Particulas, quae tanquam vagae notiones loco Numeri certi substituuntur, et quae propterea كنايات *expressiones substitutae* sive *metonymicae* adpellantur; nimirum 1) Post كم et كأيّن *quot*, si *interrogativo* veniant sensu, *specialis* notio sequitur in Accusativo Singulari, v. c. كم رغيفا عندكم *quot panes* sunt *apud vos?* (quot panes habetis?) كأيّن رجلا *quot* sunt *viri? enunciativo* autem sensu si occurrant illae, haec ponitur in Genitivo vel Singulari vel Plurali, v. c. لا ادري كم اجرآء (اجير) في بيت ابي *nescio, quot sint mercenarii in domo patris mei.* 2) Post كذا (*secundum hoc*) *tot*, sive sit simplex, sive, id quod frequentius obtinet, repetatur vel cum vel absque copula و, constanter *specialis* notio in Accusativo legitur, v. c. كذا (كذا كذا vel كذا وكذا) درهما عندي *tot denarios habeo.*

8)

8) In *Dehortatione* vel *Incitatione* اَلتَّحْذِيرِ وَالإِغْرَاءِ Cavendum vel Agendum etiam est in Accusativo, qui tamen proprie est Accusativus Objecti, (cf. §. 83. I. Nota) a Verbo pendens aliquo suppresso; nam

a) *Dehortatio* sive monitum, ut quis sibi caveat a quodam malo, fit vel per Accusativum Pronominis, congruentis cum persona, ad quam monitum dirigitur, v. c. إِيَّاكَ, إِيَّاهَا, rel., sequente Cavendi, per و copulati, Accusativo, quem regit Verbum supplendum إِحْذَرْ *cave*, v. c. إِيَّاكَ وَالْكِذْبَ (moneo te, cave) *tibi a mendacio*; vel simpliciter per repetitum rei vitandae Accusativum, v. c. اَلْخَطِيَّةَ اَلْخَطِيَّةَ (supple: إِحْذَرْ) *evita peccatum*.

b) *Incitatio* vero ad aliquid agendum fit α) vel per *Nomina Verborum*, de quibus cf. §. 83. I. *a. c. d*; vel β) pariter ut in Dehortatione aut per Accusativum rei agendae, praecedente copula و, v. c. أَخَاكَ وَالإِحْسَانَ إِلَيْهِ (ubi supplendum إِلْزَمْ *adhaere*) *fratri tuo et* (*adhaere*) *benefaciendo illi*, i. e. te incito, ut fratri tuo benefacias; aut per repetitum agendae rei Accusativum, subintellecto ejusdem Verbi Imperativo إِلْزَمْ, v. c. اَلْفَضِيلَةَ (إِلْزَمْ)

الفضيلة

ٱلْفَضِيلَةَ (*adhaere*) *constanter virtuti*; ٱلْإِعَانَةَ ٱلْإِعَانَةَ (إِلْزِمُوا *adhaerete*) *auxilio* i. e. vos incito, exhortor ad opem ferendam; Harir. Cons. XII. Conf. ceterum de Accusativo *Imprecationis*, *Commiserationis*, *Petitionis* §. 76. 4. b.

Nota. Vocativi ٱلْمُنَادَى denique notio haud raro per Accusativum exprimitur, de qua tamen §. seq. copiosius agitur, coll. §. 61. *A.* Nota 2.

§. 92. DE VOCATIVO.

I. Vocandi Particulas: (يَا, rarius أَيَا, هَيَا, أَيْ, أَ) *o!* Articulus nunquam sequitur, (unico nomine Dei O. M. excepto: يَا ٱللّٰهُ *o Deus!*) cf. §. 61. A. 2. Si quis autem Nomen adpellativum personae vel rei invocatae Articulo vellet restringere; inter Nomen et Particulam inserendum erit Pronomen, vel هَذَا vel أَيُّهَذَا vel أَيُّهَا (Fem. أَيَّتُهَا), quo facto Vocatum, sive sit certum et determinatum, sive vagum et incertum, semper in Nominativo ponitur, v. c. يَا هَذَا ٱلرَّجُلُ *o vir!* يَا أَيَّتُهَا ٱلْإِمْرَأَةُ *o mulier!* يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ *o homines!* In tali vero constructione cum Articulo, et porro ante Nomen proprium vel adpellativum, constructum cum Genitivo vel Suffixo, Particula يَا potest omitti, v. c. أَيُّهَا ٱلنَّاسُ

o homines! سِمْعَانُ سِمْعَانُ *Simon! Simon!* فَاطِرَ السَّمٰوَاتِ *o creator coeli!* أَبَانَا *pater noster!*

Nota 1) In Dei nomine, cum emphasi efferendo, abjecta Particula يَا compensatur per adjunctum م geminatum in fine, v. c. اَللّٰهُمَّ *summe, altissime Deus!*

2) In Nominibus propriis, quae pluribus quam tribus constant literis, saepe ultima litera qualiscunque, in femininis triliteris etiam tertia ة, abjicitur, v. c. يَا مَرْوُ pro مَرْوَانُ *o Meruane!* يَا مَنْصُ pro يَا مَنْصُورُ *o Mansure!* يَا ثُبَ pro يَا ثُبَةُ *o Thsobàta!* Pro يَا صَاحِبِي autem dicitur يَا صَاحِ *o amice mi!*

3) Suffixum primae Personae singularis

a) Ad Vocativum accedit vel regulari modo quiescens, v. c. يَا رَبِّي *o mi domine!* vel notatum per Fatha, v. c. يَا رَبِّيَ; vel, id quod est usitatissimum, praecipue in versione Psalmorum, abjicitur, v. c. يَا رَبِّ; vel denique aliquo ex his modis: يَا رَبَّا; يَا رَبِّ; يَا رَبَّاهُ; يَا رَبَّاهْ; يَا رَبَّهْ.

b) Nominibus أَبٌ *pater* et أُمٌّ *mater* idem Suffixum يِ non tantum subjungitur modis praecedentibus, v. c. يَا أَبَا, يَا أَبَاهُ, rel., sed mutatur quoque in literam تِ per Kasra, quae litera denuo iisdem construitur modis, v. c. يَا أَبَاتِ, يَا أَبَتَا, يَا أَبَتَاهُ, cet.

II.

II. Sequens post Vocativum aut Substantivum in adpositione, aut Adjectivum, utrumque pro lubitu vel in Nominativo vel in Accusativo ponitur, excepto tamen Substantivo, constructo cum Genitivo, quod constanter est in Nominativo, v. c. يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِيُّ (ٱلنَّبِيَّ) *o Mohhammed propheta!* يَا زَيْدُ ٱلْعَاقِلُ (ٱلْعَاقِلَ) *o Zaide intelligens!* يَا إِبْرَهِيمُ خَلِيلُ ٱللَّهِ *o Abraham, amice Dei!*

Nota. Excipiuntur إِبْنٌ *filius* et إِبْنَةٌ *filia*, quae semper inter duo Nomina sunt in Accusativo, abjecta simul Hamza unionis, si duo Nomina sint *propria* (cf. §. 8. V. 1.); quorum praecedens jam in Nominativo, jam in Accusativo, praecedens vero Nomen adpellativum in solo Nominativo ponitur, v. c. يَا زَيْدُ (زَيْدَ) بْنَ عَمْرٍو *o Zaide, fili Amru!* يَا رَجُلُ ٱبْنَ زَيْدٍ *o vir, fili Zaidi!*

III. Femina vituperatur per eandem Particulam يَا, praefixam formae indeclinabili فُعَالِ, v. c. يَا فُجَارِ *o improba!* يَا لُكَاعِ *o sordida!* Harir. Cons. VII.

IV. In *Imploratione* (ٱلْإِسْتِغَاثَةُ) i. e. si quis invocatur ad opem, Genitivus adhibetur et invocato (ٱلْمُسْتَغَاثُ), praefixa لَ cum Particula يَا, et illi, in cujus gratiam fit invocatio (ٱلْمُسْتَغَاثُ لَهُ),

praeposita لِ, v. c. يَا لَزَيْدٍ لِعَمْرٍو *o Zaide, accurre in auxilium Amru!* Quando plures invocantur, vel singulis, praemissa يَا, praefigitur etiam لِ; vel primo tantum, reliquis junctis per copulam وَ et praefixam لِ, per quam copulam وَ haec phrasis praecipue et satis differt a simili priori, v. c. يَا لِلْكُهُولِ وَلِلشُّبَّانِ vel يَا لِلْكُهُولِ يَا لِلشُّبَّانِ *o senes et juvenes, succurrite!*

Nota. Admiratio quoque (cf. §. 53. III. coll. §. 86. II.) eleganter ac emphatice per Genitivum exprimitur, praefixa لِ et يَا, v. c. يَا لَلْعَجَبِ *o rem valde miram! o prodigium!* يَا لَلدَّهِيَّةِ آلدَّهْيَاءِ *o infortunium immane!* vel cum Suffixo, v. c. يَا لَكِ مِنْ سَخْطَةٍ جَهَنَّمِيَّةٍ (يَا لَكِ) يَا لَكِ آلسَّخْطَةَ آلجَهَنَّمِيَّةَ (يَا اَيَّتُهَا) *o te furiam infernalem!*

V. Denique in *Deploratione* (آلتَّنْدِبَةُ) sive quis mortuum plangat, sive doleat de alio casu sinistro, Interjectio وَا *eheu!* usurpatur, quae instar Particulae يَا (§. 61. A. 2.) Nomen ejus, de quo quis dolet, in Nominativo vel Accusativo sibi junctum habet, v. c. وَا بُطْرُسُ *eheu Petrum!* وَا عَبْدَ آللّٰهِ *eheu Theodulum!* (servum Dei); وَا عَيْنِي *eheu oculum meum!*

§. 93.

§. 93. DE COMPARATIVO ET SUPERLATIVO.

I. Forma أَفْعَلُ (§. 57. *A.* IV.) exprimit et

1) *Comparativum* sequente plerumque Praepositione مِنْ *prae* cum Genitivo, v. c. زَيْدٌ أَكْبَرُ مِنْ عَمْرٍو *Zaidus major est Amru;* vel absque مِنْ, v. c. وَأَمَّا أَيُّ ٱلْحَالَتَيْنِ أَسْهَلُ *verumtamen qualis harum duarum rationum* (remigandi) *sit facilior*, cet. Abdull. Mem. Aeg. I. 5.; et

2) *Superlativum* a) sequente Genitivo Substantivi aut indeterminati, v. c. هُوَ أَفْضَلُ رَجُلٍ *ille est praestantissimus vir;* هِيَ أَفْضَلُ ٱمْرَأَةٍ *illa est praestantissima mulier;* aut determinati, v. c. بُطْرُسُ أَعْظَمُ ٱلرُّسُلِ *Petrus maximus est Apostolorum;* مَرْيَمُ أَفْضَلُ ٱلنِّسَآءِ *Maria est praestantissima mulierum.* In tali autem Comparativi vel Superlativi constructione forma أَفْعَلُ nec diversos Numeros, nec Genus diversum subit, sed per solos Casus declinatur, (§. 61. B. IV. 1.)

Nota. Maxime intenditur Superlativus, si notio illius in Genitivo adjecto repetitur, v. c. أَصْدَقُ ٱلصَّادِقِينَ *veracissimus veracium* i. e. omnium longe veracissimus.

b) Eadem forma, absolute (i. e. quin regat Genitivum) et cum Articulo posita ٱلْأَفْعَلُ, pari-

ter Superlativum indicat; sed tunc praeter Casus recipit et Genus femininum formae فُعْلَى, et Numerum vel dualem, vel pluralem aut sanum أَفْعَلُونَ, فُعْلَيَاتٌ; aut fractum formae masc. أَفَاعِلُ, fem. فُعَلٌ; quare convenit etiam in Genere ac Numero cum Substantivo vel Pronomine, ad quod refertur; v. c. اَلرَّجُلُ اَلْأَفْضَلُ *vir praestantissimus*, اَلرَّجُلَانِ اَلْأَفْضَلَانِ *duo viri praest.*, اَلرِّجَالُ اَلْأَفْضَلُونَ *viri praest.*; vel اَلْإِمْرَأَةُ اَلْفُضْلَى *mulier praestantissima*, اَلْإِمْرَأَتَانِ اَلْفُضْلَيَانِ *duae mul. praest.*, اَلنِّسَاءُ اَلْفُضْلَيَاتُ *mulieres praest.*

Nota. Nonnunquam et forma Superlativi أَفْعَلُ (supra I. 2. a.) cum sequente Genitivo Nominis, Articulo restricti, in Numero et Genere convenit, v. c. هِيَ فُضْلَى اَلنِّسَاءِ *illa est praestantissima mulierum*; هُمَا أَفْضَلَا اَلْقَوْمِ *illi duo sunt praestantissimi gentis.*

II. Talia Comparativa formae أَفْعَلُ, quae ut reliqua Adjectiva (cf. §. 91. II. 7. Nota γ.) triplici ratione *specialem* notionem habent subjunctam, nunquam cum Accusativo Nominis recti construuntur, etiamsi a Verbis transitivis sint derivata, sed cum aliqua Praepositione; nimirum Comparativa, derivata

1)

1) A Verbis transitivis, quae *scire*, *cognoscere* significant, cum ب Objecti construuntur, v. c. أَنَا أَعْرَفُ بِالْحَقِّ مِنْكُمْ *ego intelligentior sum in veritate* (melius scio veritatem) *quam vos*. Derivata . . . . . .

2) A transitivis Verbis, *amorem* vel *odium* notantibus, cum لِ Objecti in activa, et cum إِلَى Subjecti in passiva Voce, v. c. الْمُؤْمِنُ أَحَبَّ لِلّٰهِ مِنْ نَفْسِهِ *Veraefidei addictus plus amat Deum quam se ipsum*, vel: الْمُؤْمِنُ أُحِبَّ إِلَى اللّٰهِ مِنْ غَيْرِهِ *Veraefidei addictus Deo magis est adamatus quam alius*.

3) A reliquis transitivis derivata cum لِ Objecti, v. c. هُوَ أَطْلَبُ لِلْعِلْمِ مِنْكُمْ *Ille studiosior est sapientiae quam vos*.

4) Ab intransitivis denique derivata sequuntur constructionem cum Praepositione Verbi sui, v. c. هُوَ أَزْهَدُ فِي الدُّنْيَا وَأَسْرَعُ إِلَى الْخَيْرِ وَأَبْعَدُ مِنَ الْإِثْمِ وَأَحْرَصُ عَلَى الْحَمْدِ *Ille est abstinentior a rebus mundanis, promtior ad bonum, alienior a crimine, et avidior laudis*.

Nota a) Omnia Adjectiva, a Verbo trilitero derivata, ita formant Gradus ad formam أَفْعَلُ, exceptis, *colorem*

rem vel *deformitatem* significantibus, quae per se hujus jam sunt formae (§. 57 A, II.), et quorum Gradus pariter ut formulae admirandi (§. 86, II, c.) periphrastico modo notantur per substituta Comparativa أَشَدّ, أَكْثَر, أَعْظَم, أَكْبَر, أَقْبَح et similia, constructa cum *speciali* ipsius coloris vel deformitatis notione, quae in Comparativo pro lubitu jam praecedit, jam postponitur Comparato, v. c. أَشَدّ بَيَاضًا مِنَ ٱلثَّلْجِ (مِنَ ٱلثَّلْجِ بَيَاضًا) *albior nive*; in Superlativo autem constanter eidem subjungitur, v.c. أَقْبَح ٱلنَّاسِ عَمًى *omnium deformissimus coecitate.*

b) Ceterum aliis adhuc modis et formis vel aliquod significatus augmentum, vel plane Superlativus exprimitur, de quibus cf. §. 22, XI. et XII; §. 57. A. II. 1. et 2. III.; §. 88, II. 2.

§. 94. DE SYNTAXI NUMERALIUM.

I. Numeralia Cardinalia vel ut Substantiva vel ut Adjectiva tractantur.

1) Ut *Substantiva* ob Statum Regiminis cum simplici in fine Vocali praecedunt; Nomen vero rei numeratae sive notio *specialis* illorum Numeralium semper cum Nunnatione sequitur, vel in Genitivo plurali, praecedente scilicet Numerali a *tribus* ad *decem*; vel in Accusativo singulari post Numerale ab *undecim* ad *nonagintà novem*; vel in Genitivo singulari post Numerum *centenarium* et

ul-

ultra; v. c. ثلثة رجال *tres viri*, (ubi Genus etiam Numeralium contrarium ponitur, cf. §. 63. I.); عشر نساء *decem mulieres*; خمسة عشر دينارا *quindecim aurei*; واحد وعشرون درهما *viginti et una drachma*; مائة كيل *centum mensurae*; الف رطل *mille rotoli*.

Nota. Quando *specialis* post Numerale sequens notio necessario, ut notio scilicet definita ac certa, Articulum requirit; tunc a) *vel* Articulus ipsi Numerali praecedenti praeponitur, verbi causa الثلاثة اقانيم *tres Personae* (notissimae scil. S. S. Trinitatis); in *compositis* ergo soli priori, v. c. الاثنا عشر رسولا *duodecim Apostoli*; in *copulatis* vero utrique, v. c. الاثنان والسبعون شيخا *septuaginta duo Seniores*; *vel* b) ipsa *specialis* notio cum Articulo praecedit, Numerale vero Adjectivi instar sequitur, cum Articulo itaque et porro conveniens in Casu ac Genere cum *speciali* notione, v. c. الرسل الاثنا عشر; الاقانيم الثلاثة, cet.

2) Ut *Adjectiva* sequuntur Substantivum suum; quocum in Genere et Casu conveniunt, v. c. بنون ثلاثة *tres filii* (cf. §. 63. I.), بنات خمس *quinque filiae*.

II. In Numeris, e pluribus compositis, infra Centum minor semper majorem praecedit; in compositis autem cum centenariis et millenariis primo ponitur millenarius, quem sequitur centenarius, 318

hunc

hunc monas, cui denarius subjungitur; vel inverso ordine primum locum occupat monas, cui subjungitur denarius, quem subsequitur centenarius et millenarius, v. c. أَلْفٌ وَثَمَانِمِائَةٍ وَوَاحِدٌ وَعِشْرُونَ, vel contra وَاحِدٌ وَعِشْرُونَ وَثَمَانِمِائَةٍ وَأَلْفٌ 1821.

Nota 1) In annis tamen numerandis, praemisso ut in vernacula Substantivo سَنَةٌ *annus* (absque Articulo, quum sit regens) sequuntur Numeralia, in Genere convenientia cum Fem. سَنَةٌ, ita ut primo monades ponantur, quas sequantur denarii, centenarii et millenarii, interjecta inter singulos Numeros copula وَ, v. c. ثُمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ سِتٍّ وَتِسْعِينَ وَثَلَثِمِائَةٍ وَأَلْفٍ *tum ingressus est annus* 1396.

2) Dies mensium, civilis dies quum a solis occasu incipiat, Arabes per *noctes* definiunt; dies nimirum usque ad *decimum quintum* mensis (qui dicitur اَلنِّصْفُ *dimidium* mensis) per *noctes praeteritas*; dies vero post dimidium mensis ad hujus finem usque per *noctes*, adhuc *reliquas*. Sic v. c. indicant initium mensis *Radschab* per لِأَوَّلِ لَيْلَةٍ مِنْ رَجَبٍ *nocte prima* mensis *Radschab*; diem primum illius per: لَيْلَةٌ خَلَتْ *nocte* una *praeterita*; diem secundum per لَيْلَتَيْنِ خَلَتَا *noctibus duabus praeteritis*; diem tertium per: لَثَلَاثٍ خَلَوْنَ *tribus* noctibus *praeteritis*, et sic reliquos dies usque ad decimum quintum, subaudito semper لَيَالِي *noctes* in Plurali a tertio die ad decimum usque, et

لَيْلَةٌ

لَيْلَةٌ in Singulari ab undecimo usque ad decimum quartum, cf. supra I. 1. *Decimus quintus* sive *dimidium* mensis optime designatur his modis: فِي ٱلنِّصْفِ مِنْ رَجَبٍ, seu فِي مُنْتَصَفِ رَجَبٍ, seu etiam فِي ٱنْتِصَافِ رَجَبٍ; minus bene autem sic: بِخَمْسَ عَشْرَةَ خَلَتْ مِنْ رَجَبٍ *quindecim* noctibus *praeteritis* mensis *Radschab*; vel: بِخَمْسَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ مِنْ رَجَبٍ XV. noctibus *reliquis* mensis *Radschab*; quae posterior autem formula reliquis post *decimum quintum* diebus notandis inservit, unde v. c. dicitur *decimus sextus*: لِأَرْبَعَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ *quatuordecim* noctibus *reliquis*; *vigesimus*: لِعَشْرٍ بَقِينَ X. noctibus *reliquis*; *vigesimus nonus*: لِلَيْلَةٍ بَقِيَتْ *nocte* una *reliqua*; *trigesimus*: لِآخِرِ لَيْلَةٍ مِنْ رَجَبٍ *ultima nocte* mensis *Radschab*, vel: لِسِرَارِ رَجَبٍ *nocte, qua luna delitescit* mensis *Radschab*. سِرَار (etiam سِرَار et سِرّ) utique esse potest vel nox *vigesima nona*, si mensis sit XXX. dierum; vel *vigesima octava*, si XXIX. dierum; in horum mensium posteriorum diebus notandis unam praeterea noctem semper detrahendam esse, atque v. c. mensis *Schaban* (XXIX. dierum) diem *decimum sextum* adpellandum esse: لِثَلَاثَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ مِنْ شَعْبَانَ *tredecim* noctibus *reliquis* mensis *Schaban*, sponte intelligitur. *Ultimus* denique dies, nocte jam praeterita, dicitur vel: لِآخِرِ يَوْمٍ مِنْ رَجَبٍ *ultimo die*

men-

mensis *Rudschab*, vel: لِسَلْخِ رَجَبٍ sive لِانْسِلَاخِ رَجَبٍ *in fine* mensis *Radschab*.

Reliqua de Syntaxi et Cardinalium et Ordinalium jam supra §§. 63. 64. observata reperiuntur.

§. 95. DE CONVENIENTIA PRAEDICATI (VERBI, ADJECTIVI, PRONOMINIS) CUM SUBJECTO.

I. Cum Subjecto *praecedente*, sive sit expressum, sive ex antecedente sententia supplendum, (excepto tamen Subjecto, quod in Plurali, quem vocant *inhumanum*, non rationalia vel inanimata significat), in Genere et Numero convenit, quod *sequitur*, Praedicatum (Verbum vel Adjectivum), v. c. مَرْيَمُ قَامَتْ وَبَكَتْ *Maria surrexit ac flevit*; فَلَمَّا فَرَغَ ٱلشَّيْخُ مِنْ دُعَائِهِ اَجَالَ خَمْسَهُ فِي وِعَائِهِ فَاَبْرَزَ مِنْهُ رِقَاعًا الخ *Postquam absolvisset senex comprecationem suam, obire fecit quinque suos* (digitos) *in sacculo, et produxit ex eo schedulas*, cet. Harir. Cons. VII., ubi اَبْرَزَ et اَجَالَ congruit cum Subjecto praecedentis sententiae ٱلشَّيْخُ; ٱللّٰهُ عَادِلٌ *Deus est justus*.

II. Verbum autem vel Adjectivum, ut Praedicatum dignitatis gratia ceteris dictionibus praepositum, plerumque in Numero *singulari masculino* per eminentiam quasi ac impersonaliter po-

ni-

nitur, nulla ratione habita Generis vel Numeri in Subjecto sequenti, v. c. قَامَ ٱلرَّجُلُ *surrexit vir;* قَامَ ٱلرَّجُلَانِ *surrexerunt duo viri;* قَامَ ٱلرِّجَالُ *surrexerunt viri;* مَا خَارِجٌ ٱلرِّجَالُ *non exeunt viri.* Reliqua tamen, si nempe plura sint, Praedicata (Verba vel Adjectiva), quae porro post Subjectum *sequuntur*, cum hoc utique in Genere ac Numero conveniunt, v. c. قَامَ ٱلرَّجُلَانِ وَٱقْتَحَمَا ٱلْعَدُوَّ *surrexerunt duo viri, et aggressi sunt hostem;* قَامَ ٱلرِّجَالُ وَهَجَمُوا عَلَى ٱلْعَدُوِّ *surrexerunt viri, et irruerunt in hostem.*

Cessat vero haec regula: 341

1) *Proxime* sequente post Verbum, tanquam Praedicatum praemissum, Subjecto, quod *proprie*, terminatione scilicet vel significatu, non autem solo usu, *feminini* est Generis; tunc enim Verbum in Numero *singulari feminino* semper praecedit, spreto saltem Numero sequentis Subjecti, v. c. جَاءَتِ ٱلنَّاصِرَةُ *venit adjutrix;* جَاءَتِ ٱلنَّاصِرَتَانِ *venerant duae adjutrices;* جَاءَتِ ٱلنَّاصِرَاتُ *venerunt adjutrices;* vel قَالَتْ مَرْيَمُ *dixit Maria;* قَالَتِ ٱلْمَرْيَمَانِ *dixerunt duae Mariae;* قَالَتِ ٱلْمَرْيَمَاتُ *dixerunt Mariae.*

Nota.

Nota. Pro habitu autem tale Verbum praecedens ponitur in Numero singulari aut masculino aut feminino, si a) tale femininum Subjectum non *proxime* sequitur, aliqua scilicet dictione hoc inter et Praedicatum intercedente, v. c. خَدَمَ (خَدَمَتْ) آلْيَوْمَ مَرْثَا *ministravit hodie Martha*; vel b) si Subjectum, proxime quidem subjunctum, *solo usu* feminini est Generis, v. c. طَلَعَ (طَلَعَتْ) آلشَّمْسُ *ortus est sol*; vel c) si Verbum, proxime quamvis praecedens, est *sterile* (§. 84. Nota 3.), v. c. لَيْسَ (لَيْسَتْ) مَرْيَمُ حَاضِرَةً *non est Maria praesens* (non adest).

2) Subjecto vero, sive initio ponatur, sive post Praedicatum sequatur, quando est in Numero *plurali* vel *fracto*, vel *sano* quidem, sed *inhumano*, qui scilicet *non rationalia* vel *inanimata* significat; Praedicatum (Verbum vel Adjectivum) in *Singulari feminino* adjungi solet, v. c. آلْحَمِيرُ تُرْكَبُ بِآلسُّرُوجِ وَتَجْرِي مَعَ آلْخَيْلِ وَآلْبِغَالِ آلنَّفِيسَةِ *Asini equitantur ephippiis instructi, atque certatim currunt cum equis et mulis egregiis*, Abdull. Mem. Aeg. I, 3. Eadem ratione peculiari et Adjectiva vel Participia tanquam epitheta (§. seq. I. 2. et II.), et Pronomina (§. 68. IV.) construuntur cum Plurali fracto Substantivi, ad quod pertinent.

Nota a) In eodem Singulari feminino saepius eleganter ponuntur Verba, Participia, Adjectiva et Pronomina etiam cum Substantivo suo plurali *humano*, i. e. quod homi-

mines significat, eoque *non sano*, sed *fracto* tantum, v. c. لِمَاذَا ٱرْتَجَّتِ ٱلشُّعُوبُ وَهَدَتِ ٱلْأُمَمُ بِٱلْبَاطِلِ *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?* Ps. 2, 1.; in qua constructione secundum aliquos Grammaticos supplenda statuitur vox feminina جَمَاعَةٌ *coetus, agmen*. Idem vero nunquam obtinet cum Plurali humano *sano*, v. c. قَالَ ٱلطَّبِيعِيُّونَ *dixerunt physici*. Nomini tamen بَنُونَ *filii*, a Sing. إِبْنٌ, eique similibus, quorum Pluralis sanus, formatus quippe a non servata forma Singulari, pro fracto potest haberi, adjungitur etiam Singulare femininum Praedicati, v. c. قَالَتْ بَنُوا إِسْرَائِيلَ *dixerunt filii Israelis*.

b) E contrario vero cum Plurali etiam *inhumano fracto*, irrationalia scil. vel inanimata significante, praecipue haec si loquentia inducuntur, ut in Fabulis solet fieri, Verbum vel Adjectivum in Genere ac Numero potest convenire. Ceterum nonnunquam Plurali fracto, res inanimatas exprimenti, adjungitur quoque Pluralis femininus Verbi, ex. gr. فَأَبْرَزَ مِنْهُ رِقَاعًا قَدْ كُتِبَتْ بِأَلْوَانِ ٱلْأَصْبَاغِ فِي أَوَانِ ٱلْفَرَاغِ *Produxit ex illo schedulas, quae scriptae erant variis coloribus (tincturarum) tempore otii*; Harir. Cons. VII.

3) Subjecto, quod est Nomen collectivum vel universam speciem indicans, v. c. قَوْمٌ *populus*, يَهُودُ *Judaei*, طَيْرٌ *volucres*, غَنَمٌ *oves*, cet. *praemitti* solet Verbum in Numero singulari feminino, v. c. قَالَتِ ٱلْيَهُودُ لَيْسَتِ ٱلنَّصَارَى عَلَى شَيْءٍ وَقَالَتِ ٱلنَّصَارَى لَيْسَتِ ٱلْيَهُودُ عَلَى شَيْءٍ *Dicunt Judaei: non*

sunt

sunt Christiani super (penes) *rem* (non veram habent religionem), *et dicunt Christiani: non sunt Judaei super* (penes) *rem;* Sur. II., 107. (112); تَأْكُلُ ٱلطَّيْرُ مِنْهُ *vorant volucres de eo.* Sequens autem vel Verbum post Collectivum, vel Praedicatum post كُلٌّ vel مَنْ, fere semper est in Numero plurali masculino, v. c. وَلٰكِنَّ أَكْثَرَ ٱلنَّاسِ لَا يَشْكُرُونَ *attamen plurimi hominum non gratias agunt;* كُلٌّ لَهُ قَانِتُونَ *omnes ei devoti obediunt.*

Nota. Ceterum Collectiva construuntur jam cum singulari, jam cum plurali Numero et Verbi, et Adjectivi, et Pronominis, ad illa Collectiva referendi, qua de re conf. *Car. Agrell.* (Comment. de Variet. Gen. et Num. Lund. M.DCCC.XV. P. II. §§. 16 — 20.), qui hanc doctrinam cum omnibus fere exceptionibus admodum diligenter exposuit, et copiosis exemplis confirmavit.

III. Subjectum, e pluribus compositum Nominibus,

1) Si *praecedit*, idque e pluribus *diversi* Generis Nominibus constans, sequi solet Verbum in Masculino, eoque vel Duali, si Subjectum duobus, vel Plurali, si Subjectum pluribus Nominibus constat, v. c. ٱلْكَسَلُ وَكَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ يُبْعِدَانِ مِنَ ٱللّٰهِ وَيُورِثَانِ ٱلْفَقْرَ *Inertia et multitudo somni ab-*

abducunt a Deo, et adducunt paupertatem; اَلْبَطْنُ وَالرِّجْلَانِ تَخَاصَمُوا *Venter et pedes contenderunt inter se.*

2) *Verbum* autem tali Subjecto *praemissum* jam in singulari, jam in plurali Numero ponitur, in Genere plerumque conveniens cum *proxime* sequenti Nominum pluriam, quae Subjectum constituunt, v. c. تَكَلَّمَتْ مَرْيَمُ وَهَرُونُ فِي مُوسَى *loquuti sunt Maria et Aaron contra Mosen;* جِئْنَا أَنَا وَأَنْتَ *venimus ego et tu.*

Nota a) Non raro Verbum, (vel Adjectivum §. seq. II. Not.), ut Praedicatum convenit cum Nomine *recto* Subjecti, e duobus, per Regimen junctis, Nominibus compositi; id quod praecipue obtinet, si notio Nominis *recti* sit principalis, *regens* vero Adjectivi locum teneat, v. c. كُنْتُمْ خَيْرَ أُمَّةٍ أُخْرِجَتْ لِلنَّاسِ *estis* (Arabes) *optimum gentis* (optima gens), quae *producta fuerit hominibus* (inter homines); Sur. III., 106. (110); إِنَّ رَحْمَةَ اللَّهِ قَرِيبٌ *sane misericordia Dei propinqua est*, Sur. VII., 54. (57).

b) Omnes regulae, adhuc traditae, de tertiis tantummodo Verbi Personis valent; primae enim et secundae Personae cum Nomine vel Pronomine, Subjecti locum tenente, et in Genere et in Numero conveniunt.

3) Verbum semper in Persona congruit cum Subjecto, quod sive unico sive pluribus, *ejusdem* tamen Personae, Nominibus constat. Si vero

Sub-

Subjectum e pluribus *diversarum* Personarum Nominibus sit compositum; tunc Verbum ponitur *vel* in *prima* Persona plurali, cum Subjectis scilicet aut primae et secundae, aut primae et tertiae Personae; *vel* in *secunda* Persona plurali, scil. cum Subjectis secundae et tertiae Personae, v. c. جِئْنَا أَنَا وَأَنْتَ *venimus ego et tu*; أَنْتَ وَجَمْعُكَ *tu et coetus tuus*; لِتَحْضُرُوا بَيْنَ يَدَيِ اللّٰهِ مَعَ هَرُونَ *compareatis coram Deo una cum Aarone.*

§. 96. DE CONVENIENTIA ADJECTIVI (VEL PARTICIPII) CUM SUBSTANTIVO.

Triplici ratione cum Substantivo potest conjungi Adjectivum vel Participium: vel ut *Epitheton* Substantivi; vel ut *Praedicatum* alicujus propositionis; vel si ipsum Adjectivum vel Participium sibi junctam habet notionem *specialem*, Substantivo expressam.

I. Adjectivum ut *Epitheton*

1) *Sequitur* semper post Substantivum suum, idque vel sine Articulo, praecedente scilicet Substantivo indeterminato, v. c. قَرَأْتُ فِي كِتَابٍ عَتِيقٍ *legi in aliquo libro antiquo*; vel cum Articulo, scilicet post Substantivum, aut restrictum sive per Articulum,

lum, sive per Regimen, sive per Suffixum, aut Nomen proprium, v. c. ٱلْكِتَابُ ٱلْعَظِيمُ ἡ βίβλος ἡ ἁγία; كِتَابُ مُوسَى ٱلْعَظِيمُ *liber Mosis magni aestimatus;* كِتَابُهُ ٱلْمُكَرَّمُ *liber ejus laude dignus;* إِبْرَهِيمُ ٱلْأَمِينُ *Abrahamus fidelis.*

Nota. Adjectivum epitheton Substantivo suo tantum praeponitur in Titulis honoris, qui quasi per antonomasiam Nominibus propriis praefiguntur, v. c. ٱلْقِدِّيسُ يُوحَنَّا *Sanctus Joannes;* ٱلنَّبِيُّ إِشَعْيَا *Propheta Jesaias;* ٱلْأَمِيرُ يُوسُفُ *Imperator Josephus.*

2) Convenit in *Casu* cum Substantivo suo pariter ut Pronomen, v. c. مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ ٱلْكَرِيمِ ٱلْفَاضِلِ *praeterii Zaidum, prudentem, generosum, virtutibus praestantem;* imo et in *Genere* ac *Numero*, si Substantivum, vel masculinum vel femininum, sit in Numero vel singulari, vel duali, vel plurali sano masculino. Quodsi autem Substantivum, in Plurali scil. *inhumano*, significat non rationalia vel inanimata; Adjectivum et Participium, prout Verbum vel Pronomen (§. 95. II. 2.) plerumque est in Singulari feminino, et rarissime tantum convenit, v. c. أَمَّا بَقَرُهُمْ فَعَظِيمَةُ ٱلْخَلْقِ حَسَنَةُ ٱلصُّوَرِ *attamen vaccae eorum* (Aegypt.) *sunt*

magnae forma, pulchrae figura; Abdull. Mem. Aeg. I., 3.

Nota a) Plura tamen Adjectiva, constructa cum Substantivo, quod per se, v. c. ut Nomen proprium, jam satis definitum, iis Adjectivis posset carere, ponuntur vel in Nominativo, subaudito هُوَ *qui est*, vel in Accusativo, subaudito أَعْنِي *explico* pro *quem dico, scilicet*, quamvis Substantivum eorum sit in Genitivo, ut in exemplo supra 2) مررت بزيدٍ الخ

b) Collectivum Substantivum potest adjunctum habere Adjectivum plurale, v. c. أَنْصُرْنَا عَلَى ٱلْقَوْمِ ٱلْكَافِرِينَ *adjuva nos contra gentem impiam.* Simili modo Singulare كَثِيرٌ *multus* Collectivi instar conjungitur cum Substantivo plurali, v. c. قُتِلَ رِبِّيُّونَ كَثِيرٌ *occisae sunt myriades multae.*

II. Adjectivum, quod, Verbo omisso, *Praedicati* vices gerit, qua ratione discernatur ab *epitheto*, cf. §. 89. III. Tale Praedicatum, omnino ut epitheton (supra I. 2. et b.) cum Subjecto *praecedente* in Genere ac Numero convenit. Si vero ejusmodi Praedicatum ut principalis notio, praecipue in propositionibus interrogativis vel negativis, antecedat; tunc sequente Subjecto, sive Duali, sive Plurali, semper quasi impersonaliter in Numero singulari masculino ponitur, v. c. أَدَاخِلٌ الرَّجُلَانِ

الرَّجُلَانِ *num intrant duo viri?* مَا خَارِجٌ الرِّجَالُ *non exeunt viri;* cf. §. 95. II.

Nota. Subjectum si duobus exprimatur Nominibus, per Statum Regiminis junctis, quorum tamen *regens* Adjectivi locum teneat, (ut v. c. semper كُلّ §. 88. II. 1. Nota), adeoque *rectum* sit Nomen principale; tunc cum hoc posteriori recto Praedicatum in Genere convenit, v. c. كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ *omnis anima gustabit mortem.*

III. Qua ratione Substantivum ut *specialis* notio Adjectivo vel Participio accedat, conf. §. 91. 7. Nota γ. Tale jam Adjectivum, nihil obstante *speciali* ejus notione sequente, plane ut simplex Epitheton (supra I. 1. et 2.) convenit cum suo praecedente Substantivo

1) In ponendo vel omittendo Articulo, v. c. رَجُلٌ حَسَنُ الْوَجْهِ *vir pulcher facie*, et زَيْدٌ الْحَسَنُ الْوَجْهِ *Zaidus pulcher facie;* et

2) Etiam in Genere, Numero et Casu, si *Speciale* illius vel in Genitivo vel in Accusativo sequitur, v. c. الشَّابُّ الْجَمِيلُ الْأُخْتِ *juvenis, qui pulchram habet sororem* (ad verb. *pulcher sorore*); مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنٍ وَجْهًا *praeterii virum, pulchrum facie.*

3) Sequente autem notione illius *speciali* in Nominativo cum Suffixo, Adjectivum in Casu

tantum congruit cum suo Substantivo praecedente, in Genere autem ac Numero cum sequente notione sua *speciali*, v. c. مررت بامرأة حسنٍ وجهها *praeterii mulierem, cujus pulchra est facies;* مررت برجالٍ حسنةٍ وجوههم *praeterii viros, quorum pulchrae sunt facies.*

§. 97. DE VOCABULORUM ORDINE, IN CONSTRUCTIONE ORATIONIS SERVANDO.

In sententiis et verbalibus et nominalibus (§. 91. II. 6. Nota) singula vocabula eo ordine sese excipiunt, ut notiones graviores et magis principales reliquis praecedant; quare in universum, nisi quid obstet,

I. In *verbalibus* propositionibus, quum plerumque Lectores de actione praecipue sint curiosi, Verbum primo loco est ponendum, post quod sequitur Subjectum, cui porro subjungitur Objectum, ut agmen claudat Adverbium. Interim quaelibet harum orationis partium, cui scilicet vis inest singularis ac principalis, primum in enunciatione locum teneat oportet, a quo itaque loco et variae ejusdem dictionis significationes secundariae, et diversi ejusdem propositionis sensus pendent; id quod illustrent exempla.

1)

1) نظم زيد شعره حسنا *composuit Zaidus carmen suum bene;* quo ergo, alios idem fecisse, non negatur.

2) زيد نظم شعره حسنا *Zaidus solus composuit carmen suum bene*, exclusis itaque reliquis omnibus.

3) الشعر نظم زيد حسنا *carmen tantummodo composuit Zaidus bene*, vel: الشعر نظمه زيد حسنا *carmen tantum quod spectat, hoc composuit Zaidus bene;* qua duplici construendi ratione idem de reliquis Zaidi negotiis minime conceditur.

4) حسنا نظم زيد شعره *optime, pulcherrime composuit Zaidus carmen suum.*

a) *Nota* ad *tertium* exemplum: Objectum, dignitatis gratia initio sententiae ponendum, vel

α) In *Nominativo absoluto* praeponitur, Accusativo illius compensato per Suffixum, quod additur *regenti* talem Accusativum (§. 89. II. 2). Id praecipue obtinet, et quando initio sententiae ponitur وإذا *ecce*, v. c. وإذا زيد يضربه عمرو *ecce! Zaidum* quod adtinet, *verberat eum Amru*; et quando inter praemissum Objectum et Verbum interseritur هل *num?* ما *non*, ل *certe*, إن *si*, قد *jam*, v. c. زيد هل رأيته *Zaidum* quod spectat, *num vidisti eum?* وأبو بكر لأحبه *Abubecrum* quod adtinet, *profecto amo eum*; vel

β)

β) In *Accusativo* praemittitur, repetito simul Objecto per sequens Suffixum, quando scilicet aut Conjunctio conditionalis aut Particula excitandi vel conjungendi praecedit, v. c. لَوْ زَيْدًا قَتَلَهُ عَمْرٌو لَأَحْسَنَ إِلَى ٱلنَّاسِ جَمِيعِهِمْ *si Zaidum occideret Amru, gratum sane faceret omnibus hominibus*; هَلَّا مُحَمَّدًا سَمِعْتَ مِنْهُ مَا حَزَنَنِي *heus! Mohhammedem* quod adtinet, *audivi de eo aliquid, quod tristitia me adficit*; كُلَّمَا عَمْرًا مَرَرْتَ بِهِ فَسَلِّمْ عَلَيْهِ *quotiescunque Amrum praeterieris, salutem dic ei!* vel

γ) Simpliciter in *Accusativo* (rarius tantum et in *Nominativo*) praecedit, imprimis si pendet Objectum ab Imperativo vel Prohibitivo, v. c. اَللّٰهُمَّ عَبْدَكَ ٱرْحَمْهُ وَٱبْنَ عَبْدِكَ لَا تَجْعَلْهُ مِنَ ٱلْكَافِرِينَ *o Deus! miserere servi tui, et filium servi tui ne sinas esse ex infidelibus.*

b) Saepius Objectum, Subjecto praemissum, proxime post Verbum sequitur, praecipue si Suffixum adjungitur vel *Objecto*, ad Subjectum referendum; vel *Subjecto*, ad Objectum spectans, v. c. خَافَ رَبَّهُ مُحَمَّدٌ *timuit Mohhammedes dominum suum*; إِذِ ٱبْتَلَى إِبْرَاهِيمَ رَبُّهُ *quum tentasset Abrahamum dominus ejus.*

II. In *nominalibus* vero sententiis Subjectum plerumque, semper autem post Particulas إِنَّ cum sociis (§. seq.) vel لَ *sane*, Praedicato praeponitur, nisi ad Praedicatum, notionem quippe principalem, praemittendo Lector attentus sit reddenden-

dendus, id quod in propositionibus interrogativis vel negativis semper locum habet, cf. §. 96. II.

CAPUT IV.

De Syntaxi Particularum.

§. 98. DE PARTICULIS إِنَّ CUM SOCIIS.

Particulae, omnium notatu dignissimae, sunt الْحُرُوفُ الْمُشَبَّهَةُ بِالْفِعْلِ *Adverbia Verbo adsimilata:* إِنَّ sive أَنَّ, كَأَنَّ, لَكِنَّ, لَيْتَ, هَلَّ sive لَعَلَّ; quae, utpote *transformantia* (§. 83. IV. 3. Nota b. coll. §. 85. IV. 3), et sensu et virtute Verbi praedita, Subjectum in Accusativo, Praedicatum vero in Nominativo regunt, v. c. إِنَّ الْمَسِيحَ اللّٰهُ *profecto Christus est Deus*, quasi: adfirmo (أَقُولُ), quod Christus rel. In specie autem

I. Particulae confirmandi إِنَّ et أَنَّ *profecto, utique* ita differunt, ut ponatur

1) *Prior* vel initio aut Orationis aut Propositionis, v. c. initio Abdullatifi: إِنَّ أَرْضَ مِصْرَ مِنَ الْبِلَادِ الخ *Profecto terra Aegypti est regio* (*ex regionibus*) cet. (ubi subaudiendum أَقُولُ *dico, adfero*); vel post Verba expressa *adserendi, confir-*

man-

mandi, ut قَالَ *dixit*, حَقَّقَ, أَكَّدَ *confirmavit*, cet., v. c. قُلْتُ إِنَّكُمْ آلِهَةٌ *dixi, vos sane Deos esse.*

2) *Posterior* autem vel composita cum Praepositione, Genitivum regente, ut لِأَنَّ *quia*, بِأَنَّ *quod*, عَلَى أَنَّ *quoniam*, cet.; vel post Verba *narrandi, dubitandi, opinandi*, et similia, v. c. بَلَغَنِي أَوْ أَظُنُّ أَنَّ زَيْدًا غَائِبٌ *pervenit ad me* (audivi) *vel opinor, Zaidum esse absentem.*

Nota a). Posterior أَنَّ, si ن finale sit leve: أَنْ, saepius vim suam in Subjectum amittit; semper vero Particulae إِنَّ et أَنَّ nullam in Subjectum exserunt virtutem, constructae cum Particula مَا adverbiali, quae propterea dicitur مَا الْكَافَّةُ *cohibens*, v. c. إِنَّمَا الْعِلْمُ عِنْدَ اللَّهِ *siquidem scientia est apud Deum.*

b) Eaedem Particulae إِنَّ et أَنَّ prout omnes sequentes, si Subjectum jam praecesserit, necessario cum Suffixo, ad Subjectum relato, construuntur, v. c. بَلَغَنِي عَنْ زَيْدٍ أَنَّهُ سَافَرَ *pervenit ad me* (audivi), *Zaidum discessisse*, (ad verb. *audivi de Zaido, quod ipse discesserit*); جَاءَ زَيْدٌ كَأَنَّهُ أَسَدٌ *venit Zaidus, quasi leo sit.*

c) إِنَّ, initio gravis alicujus sententiae posita, praecipue Verbo proxime sequente, cum emphasi adjunctum habet Pronomen, ad sequens Subjectum spectans, ad cujus scilicet gravitatem Lector quasi praeparetur tali Suffi-

xo praemisso, quare vocatur ضَمِيرُ ٱلشَّانِ *Pronomen emphasis* (cf. *Jahn* Gramm. Aram. Lat. §. 28. pag. 62.): v. c. إِنَّهُ لَيَبْتَكَ يَنْبَغِي ٱلتَّقْدِيسُ يَا رَبِّ طُولَ ٱلْأَيَّامِ *Equidem domum tuam decet sanctitudo, Domine! in longitudinem dierum*; إِنَّهَا لَقَضِيَّةٌ مَرْهِبَةُ ٱلْوُقُوعِ مَا بَيْنَ يَدَيِّ ٱللَّهِ ٱلْحَيِّ *Profecto res terribilis est, incidere in manus Dei vivi*; إِنَّهُ لَا يَقَعُ بِهَا مَطَرٌ إِلَّا مَا لَا ٱحْتِفَالَ بِهِ *Profecto non cadit in illa* (Aegypto) *pluvia, nisi in qua nulla prorsus est solemnitas* (i. e. quae nullius est ponderis); Abdull. Mem. Aeg. I, 1.

II. كَأَنَّ Particula adsimilandi: *sicut, velut, quasi, ac si* stat pro: *adsimilo illud huic*, v. c. كَأَنَّ زَيْدًا أَسَدٌ *velut profecto leo est Zaidus* (adsimilo leoni Zaidum).

III. لَكِنَّ retractandi Particula est: *verumtamen, ast vero*, loco: *excipio autem hoc*, v. c. خَلَصَ ٱلرُّسُلُ لَكِنَّ يُوضَاسَ هَالِكٌ *salvi evaserunt Apostoli, attamen Judas perditus est*. Exiens in ن leve seu لَكِنْ illa virtute privatur, v. c. قَامَ عَمْرٌو لَكِنْ زَيْدٌ جَالِسٌ *stetit Amru, verum Zaidus adhuc sedet*.

IV. لَيْتَ optandi Particula: *utinam!* pro: *hoc opto fieri* de eo praecipue usurpatur, quod diffi-

ci-

cile tantum potest obtineri; v. c. لَيْتَ ٱلْإِنْسَانَ كَامِلٌ *utinam homo esset perfectus!*

V. عَلَّ, عَلْعَلَّ, vel longe saepius: لَعَلَّ *forsan, fortassis* pro: *spero hoc fore ut*, exprimit et 1) *Spem* ٱلتَّرَجِّي, si grata scilicet ac optanda res desideratur, v. c. لَعَلَّ ٱللّٰهَ رَاحِمٌ لِي *forsan Deus erit misericors erga me*; et 2) *Exspectationem* ٱلتَّوَقُّعِ, si mali et ingrati quid, justae vindictae causa, petitur, v. g. لَعَلَّ ٱلظَّالِمَ مُعَاقَبٌ *fortasse oppressor* (tyrannus) *erit castigatus*.

Nota. Non raro Praedicatum et harum omnium Particularum, et (§. 99.) sequentis لَا, et Verbi كَانَ cum sociis (§. 84.), et quorumcunque Verborum, per Praepositionem cum Genitivo exprimitur, latens quasi in sermone, v. c. إِنَّ بِٱلشِّعْبِ ٱلَّذِي دُونَ سَلْعٍ: لَقَتِيلًا دَمُهُ مَا يُطَلُّ *Profecto in anfractu, qui infra Selam est, ecce! interfectum, cujus sanguis non impune fundetur*; ubi قَتِيلًا Subjectum et بِٱلشِّعْبِ Praedicatum est Particulae إِنَّ.

§. 99. DE PARTICULA لَا, ABSOLUTE NEGATIVA.

In *Transformantibus* (§. 83. IV. 3. Not. *b.* coll. §. 85. IV. 3.) denique numeratur Particula لَا, si est ٱلنَّافِيَةُ لِلْجِنْسِ *negativa omnis prorsus ge-*

generis, *omnino* sive *absolute negans*; scilicet nemine prorsus excepto, cujus porrò Subjectum et non sit restrictum seu determinatum, et proximè post لَا reliquis praecedat sententiae dictionibus, utpote principalis notio illa, cujus absoluta negatio indicatur. His itaque conditionibus positis, Particula لَا modo prorsus singulari cum Accusativo Subjecti, ejusque, quamvis indefiniti, tamen absque Nunnatione, et cum Nominativo Praedicati construitur; v. c. لَا رَجُلَ حَاضِرٌ *nullus omnino vir adest*; لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ *non est ullus Deus* (alius) *nisi* (praeter) *Allah* (Deum verum); لَا إِنْسَانَ فِي ٱلدَّارِ *nullus omnino homo est in domo*; conf. infra Nota 3.

Nota 1) Eadem لَا cum duobus Subjectis repetita vim illam pro lubitu exserit vel in utrumque, vel in unum, vel in nullum eorum, v. c. لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِٱللّٰهِ vel لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةٌ, vel لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ, vel لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةٌ *nulla virtus, nec ulla potestas nisi in Deo.* Praestantius tamen, testè *Aryda*, vel in utrumque vel in nullum tunc agit illa Particula.

2) Si vero Subjectum hujus Particulae sit in Numero plurali sano feminino, تٌ finale notatur vel per Kasra,

se-

secundum terminationem ipsius Pluralis; vel per Fathha, pro genio hujus Particulae, v. c. لا نَاصِرَاتٍ (نَاصِرَاتٌ) حَاضِرَاتٌ *nullae omnino adjutrices adstant.*

3) Praedicatum hujus Particulae potest vel exprimi per Praepositionem cum Genitivo (§. 98. V. Nota), v. c. لا رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ أَوْ عِنْدَنَا *nullus omnino vir est in domo* vel *apud nos*; vel nonnunquam supprimi, idque aut necessario et semper, si Verbum sit, v. c. لا شَرَّ (supple: جَرَى vel حَدَثَ) *nullum omnino infortunium* (accidit); aut pro lubitu tantum, si Praepositio sit, v. c. لا بَأْسَ (supple: عَلَيْكَ) *nullum prorsus malum* (*sit contra* (*super*) *te* i. e. tibi accidat).

Ceterum de usu Particularum quamplurima data jam occasione observata sunt, v. c. de Particulis conjunctis: أَ, بِ, تُ, لِ, لَ, كَ, فَ, سَ et وَ §. 65.; de vices gerentibus Adverbiorum et Praepositionum, §. 66. A. II. et B. II.; de Particulis conditionalibus, sive indicent *expressam*, ut إِنْ, إِذَا; sive *latentem* conditionem, ut مَا, مَنْ, حَيْثُمَا, كُلَّمَا, cet. §. 74. III. 2. IV. coll. §. 75. B. II.; de سَوْفَ §. 75. A. I.; de Part. apocopandi لَمْ et لَمَّا §. 75. B. I.; de Particulis, Conjunctivum regentibus: أَنْ, كَيْ, لِ, حَتَّى, أَوْ, لَنْ, فَ et وَ §. 75. C. 1 — 7.; de constructione Verborum cum Praepositionibus §. 87.; de Adverbiis Temporis et Loci, §. 91. II. 1 et 2; de 9 consortii §. 91. II. 4.; de Particulis excipiendi: إِلَّا, غَيْرَ, سِوَى, عَدَا, حَاشَا, خَلَا §. 91. II. 5.; de Particulis metonymicis: كَمْ, كَأَيِّنْ,

كَذَا, كَأَيِّنْ §. 91. II. 7. δ.; de Particulis Vocativi: يَا, أَيَا, cet. §. 92. I.; de formulis implorandi vel deplorandi, §. 92. IV. V. Restat, ut §. seq. ac ultimo de varia Praepositionum virtute (coll. tamen §. 87. 9 et 10.) graviora quaedam adhuc observemus, atque exemplis illustremus.

§. 100. DE SINGULARI USU AC VIRTUTE PRAEPOSITIONUM.

Admodum eleganter in Arabica lingua Praepositiones non raro aut supplent vel Verbi, vel Nominis, vel Adverbii, consulto suppressi, defectum; aut ipsaemet significatione ac sensu gaudent vel Verbi, vel Nominis, vel Adverbii; quae tamen virtus illarum singularis ac multiplex quum a variis innumerisque fere Orationis adjunctis et constructionibus pendeat, nec propterea regulis satis definiri possit, quid in diversis locis singulae sibi velint Praepositiones; versati tantummodo et sagacis Lectoris erit, post maturam demum reflexionem de sensu illarum certi quid statuere et decidere. Hoc vero loco utramque illam virtutem liceat nonnullis exemplis illustrare et confirmare.

I. Sic Abdull. Mem. Aeg. I. c. 2. §. 3. dicit: فَتَنْفَلِقُ فَتَنْفَلِقُ فَتَظْهَرُ لَوْزَةٌ رَيَّا pro عَنْ لَوْزَةٍ رَيَّا *cum finditur, ad-*

adparet amygdala mollis aquosa. Ejusdem Verbi ظَهَرَ supplementum ibid. sub. fin. cap. 3. occurrit in simili phrasi: يَنْشَقُّ عَنْ رُطُوبَةٍ مُخَاطِيَّةٍ *si finditur, adparet humor mucosus.* Idem Abdull. initio cap. 4. dicit: لَمْ أَرَ وَلَمْ أَسْمَعْ بِمِثْلِهِ (pro مِثْلَهُ قَطُّ) *non vidi, nec audivi simile quid unquam*, ubi ergo Adverbium قَطُّ latet in constructione cum ب loco Accusativi, in quo Objectum Verbi ponitur. Ibidem paulo inferius: رَضَخْنَا لَهُ بِشَيٍّ concise ac eleganter dicitur pro: وَعَدْنَاهُ بِأَنَّنَا نَرْضَخُ لَهُ شَيًّا *promisimus illi, nos daturos esse illi parvi quid.* Ita et Harir. Cons. XI. emphatica utitur parsimonia vocabulorum: كَأَنِّي بِكَ تَنْحَطُّ ✿ إِلَى ٱللَّحْدِ وَتَنْغَطُّ pro كَأَنِّي مُتَفَرِّسٌ (شَاخِصٌ) بِكَ الخ *ac si jam* (intuear) *te ad sepulchrum demitti, ibique demergi.*

II. Praepositiones saepius quoque sensum habent

1) *Verborum*; sic Verbum *habere* constanter exprimitur per Praepositiones, praefixas vel Nomini habentis, vel Suffixo, ad possessorem referendo, sequentes: مَعَ *cum*, si sermo fit de rebus, quas secum aliquis portat, v. c. pecuniam; عِنْدَ *penes*, *apud* possessionem significat rerum, ut dicunt, *mobilium*, quales sunt v. c. opes, greges, supellex, cet.; denique لِ, nota Dativi, usurpatur de possessione bonorum, aut quae dicunt *immobilia*, ut sunt v. c. domus, agri, praedia, cet.; aut quae amitti vel separari nequeunt, v. c. proles, consanguinei, animi dotes, cet. Praepositio

علي

عَلَى saepe indicat *debere*, *oportere*, v. c. عَلَيَّ *meum est*, *debeo*.

2) *Nominum*; sic constructio cum Praepositione مِنْ exprimit Nomen بَعْضٌ *aliquis* vel *alter*, quo sensu dixit Tograjus poeta v. 13. وَالرَّكْبُ مِيلٌ عَلَى الْأَكْوَارِ مِنْ طَرِبٍ : صَاحٍ وَآخَرُ مِنْ خَمْرِ الْكَرَى ثَمِلُ *Dum* (comites) *equitantes interea nutarent in sellis*, *quorum ALTER erat tripudians expergefactus*, *alter vero ex vino somnolentiae temulentus*; prius *alter* latet in Praepositione مِنْ phrasis: مِنْ طَرِبٍ صَاحٍ. Simili modo بَعْضٌ *aliquis* denotatur per phrasin: مِنْ رَجُلٍ, مِنْ أَحَدٍ, (cf. §. 72. VIII.), quae praefixa negante مَا *non*, v. c. مَا مِنْ رَجُلٍ, instar Particulae لَا, *absolute negativae* (§. 90.) emphatice ac omnino negat, v. c. مَا مِنْ أَحَدٍ يُوقِدُ سِرَاجًا وَيَضَعُهُ فِي خُفْيَةٍ *nemo* (prorsus scil. sanae mentis) *accendit lucernam*, *et ponit eam in abscondito*, Luc. 11, 33.; مَا مِنْ إِلَهٍ إِلَّا اللَّهُ *nullus omnino est Deus praeter Allah*; Sur. III., 55. V., 77.

3) *Adverbiorum*; sic Abdull. Mem. Aeg. I., 3. dicit: وَتَجْرِي مَعَ الْخَيْلِ وَالْبِغَالِ النَّفِيسَةِ *et certatim currunt* (asini) *cum equis mulisque egregiis*, ubi Adverbium *certatim* per Praepositionem مَعَ innuitur.

560

ADPENDIX,

SELECTAS SENTENTIAS, NUMERO XXX., UNA CUM VERSIONE LATINA ET ANALYSI VOCABULORUM AC CONSTRUCTIONUM DIFFICILIORUM CONTINENS.

In Adpendice quaedam sequuntur sententiae, quae, utpote collectae, prout Clar. *Aryda* in praelectionibus eas vel data aliqua occasione sibi in memoriam revocaverat, vel ex codicibus suis manuscriptis consulto delectas Auditoribus pensorum instar proposuerat, magnam partem typis nondum exscriptae sunt, et vel propterea publica communicatione dignae videbantur.

I

مُحِبُّ مَالِهِ مُحِبٌّ مَا لَهُ:
عَدُوُّ مَالِهِ عَدُوٌّ مَا لَهُ ۞

I. *Amator opum suarum nullum habet amatorem; inimicus opum suarum nullum habet inimicum;* (ad verbum: *quod adtinet amatorem opum su-*

suarum, amator non est ei; quod adtinet inimicum opum suarum, inimicus non est ei).

مُحِبٌّ (pro: مُحْيِبٌ §. 40. I. b.) Part. act. Form. IV. أَحَبَّ, ut I. حَبَّ, *amavit*, quod praemittitur in Nominat. absoluto, compensato Dativo ejus per sequens لَهُ, cf. §. 89. II. 2.; regit Genitivum مَالِهِ tanquam Participium instar Substant., §. 80. I. Utraque observatio valet etiam de عَدُوٌّ, Part. ad فَعُولٌ (§. 57. A. II. 1.) Verbi لو, عَدِيَ pro عَدِوَ per VIII. Conv., *odio habuit*; (§. 48. D. Nota 2.). Ceterum lusus verborum, Orientalibus quam maxime familiaris, in hac sententia sponte se offert Lectoribus.

٢

نَظَرْتُ إِلَى ٱلدُّنْيَا بِمُقْلَةِ نَاقِدٍ فَلَمْ أَرَ فِيهَا نَافِعًا غَيْرَ تَرْكِهَا ✿

II. *Adspexi mundum oculo* (proprie: *pupilla*) *aestimantis, nec vidi in eo utile quid praeter derelinquere eum.*

1) ٱلدُّنْيَا *mundus*, est Gener. fem. solo usu, §. 58. I. 3. — 2) أَرَ (pro أَرَاي) Aor. II. apocop. ob لَمْ (§. 51. VII. Nota. coll. §. 45. C. IV.) — 3) غَيْرَ (*mutatio*) in Accus., quem regit praecedens membrum negans; غَيْرَ vero, utpote Substantivum, post se habet Exceptum in Genitivo, §. 91. 5. *b*.

٣

إِنَّ سِلَاحَ ٱلْعَالِمِ عِلْمُهُ وَلِسَانُهُ
كَمَا إِنَّ سِلَاحَ ٱلْمَلِكِ سَيْفُهُ وَسِنَانُهُ ❁

III. *Equidem arma docti sunt scientia et lingua ejus, prout arma regis gladius et hasta ejus.*

إِنَّ, quae initio ponitur, Subjectum in Accus., Praedicatum in Nominat. regit, §. 98. I.

٤

كُلُّ ٱلْجِمَالِ تُعَارِكُ
إِلَّا جَمَلَنَا بَارِكُ ❁

IV. *Omnes cameli contendunt, at noster camelus procumbit.* (Proverbium in negligentes).

1) كُلُّ proprie Substantivum: *universitas*, unde construitur cum Genitivo, §. 88. II. 1. Nota. — 2) ٱلْجِمَالِ Plur. fract. formae 5. (§. 60. III. B. II. α. 5) a Sing. جَمَلٌ *camelus*. 3) تُعَارِكُ Aor. II. act. Form. III. عَارَكَ *manus conseruit, conflixit, contendit*; in Sing. Fem., quia pertinet ad Pluralem, notantem irrationalia, §. 95. II. 2. — 4) جَمَلَنَا in Accus. ut Exceptum post إِلَّا praecedente membro adfirmante, §. 91. 5. α. — 5) بَارِكُ pro بَارِكٌ; per licentiam quasi poeticam, pro qua rythmi causa, ut singula membra, sibi respondentia, similiter exeant, Vocales ul-

ultimae vel mutantur vel negliguntur; Part. act. Formae I. بَرْك *genua flexit, et sic in pectore procubuit camelus.*

٥

بِجِدٍّ لَا بِجِدٍّ كُلُّ مَجْدٍ:
وَمَا جِدٌّ بِلَا جِدٍّ يُمَجَّدُ ❁

V. *In conatu, non in avo, omnis est gloria; neque avus absque studio* (conatu) *excelluit (gloria elatus est).*

يُمَجَّدُ Aor. II. pass. Formae II. مَجَّدَ *gloria extulit aliquem*, a I. مَجُدَ *superavit alium gloria.*

٦

إِصْلَاحُ الرَّعِيَّةِ أَفْضَلُ مِنْ كَثْرَةِ الْجُنُودِ ❁

VI. *Bene gubernare subditos praestat multitudine militum.*

1) إِصْلَاحُ Inf. Formae IV. (a I. صَلُحَ vel صَلَحَ *idoneus, aptus fuit*) cum Genitivo Objecti, §. 78. I. — 2) رَعِيَّةٌ coll. *grex* (pastus), *subditi*, Part. ad فَعِيلٌ sensu passivo (§. 57. A. II. 1.) radicis رَعَى *pavit.* 3) أَفْضَلُ sequente مِنْ in Compar., §. 93. I. 1.; est synon. cum أَنْفَعُ in *Erpen.* Gramm. Arab. pag. 287. Sent. XLV. 4) جُنُودٌ Plur. fract. formae 6. a Sing. جُنْدٌ, §. 60. III. B. II. α. 6.

٧

زُرْ نَادِرًا تَزْدَدْ حُبًّا ✿

VII. *Visita raro, augeris amore.*

1) زُرْ (pro اُزْوُرْ) Imper. Form. I. radicis زَارَ, يَزُورُ, §. 47. C. — 2) نَادِرًا (عِنًّا in *Erpen.* Gramm. Arab. Sent. LXXXIII. pag. 298.) Adjectivum Infinitivi absoluti omissi (§. 76. 4. *a.*) Adverbii loco, §. 66. A. II. 1. — 3) تَزْدَدْ (pro تَزْدَيِدْ §. 47. B. I. 2.), Aoristus II. apocop. post Imper. prioris membri (§. 75. B. II. c. Nota) Formae I. زَادَ, يَزِيدُ *auctus fuit.* 4) حُبًّا Accusativus notionis *specialis*, §. 91. II. 7. *a.*

٨

لَيْسَ بِعِلْمٍ مَا يُعِي ٱلْقِمَطْرُ:
مَا ٱلْعِلْمُ إِلَّا مَا وَعَاهُ ٱلصَّدْرُ ✿

VIII. *Minime scientia* est, *quod continet bibliotheca; nulla* est *scientia, nisi quam continet pectus.*

1) لَيْسَ emphatice Praedicatum non in Accusativo (§. 84.), sed in Genit. cum ب (بِعِلْمٍ) sibi junctum habet, §. 84. 2. — 2) يُعِي Aor. II. act. Formae I. وَعَى *collegit, asservavit*, ergo pro يُوعِي per V. Abject. et II. Quietis, §. 45. — 3) Casus obliquus Relativi مَا exprimitur per Suffixum in seq. وَعَاهُ, cf. §. 70. IV. coll. II.

٩

وما يسبح ٱلإنسان في لجّ غمرةٍ من ٱلعزّ إلّا بعد
خوض ٱلشّدائد ۞

IX. *Profecto non natat homo in abysso profunditatis ad omnium bonorum cacumen* (beatitatem) *nisi vadando tribulationes* (superatis multis calamitatibus).

1) يَسْبَحُ Aor. II. act. Formae I. سَبَحَ *natavit.* 2) بَعْدُ *post*, modo adverbiali notatur per Fathha tanquam Praepositio, (§. 66. B. II. coll. A. II. 2.) et regit, utpote Substantivum (بُعْدٌ *distantia*), Genitivum, qui sequitur 3) خَوْضِ, Infin. Formae I. خَاضَ *ingressus vadavit aquam.* 4) ٱلشَّدَائِدِ Plur. fract, formae 17. (§. 60. III. B. II. α. 17.) a Sing. شَدِيدَةٌ *dura et adversa res*, *angustia*, Part. ad فَعِيلٌ (§. 57. A. II.) Verbi شَدَّ *constrinxit*, *duriùs cepit.*

١٠

إذا ما شئت إرغام ٱلأعادي
بلا سيف تسلّ ولا سنانٍ:
فزد في مكرمانك وهي أعدي
على ٱلأعداء من نوب ٱلزمان ۞

X.

X. *Si vis debellare hostes sine gladio, quem evaginas, et sine hasta: auge beneficia tua; sunt enim infestiora hostibus quam vices temporis* (i. e. casus adversi).

1) شِئْتَ Aor. I. act. Formae I. pro شَيِئْتَ, per II. Conv. fit شَاأْتَ (§. 45. A. II.), per I. Abject. شَاتَ (§. 45. C. I. coll. §. 47. A.), per II. Hamzae شِئْتَ (§. 42. II. 3.); Praesens exprimit pro serie contexta, (§. 74. III. 2.) — 2) إِرْغَامٌ Infin. Formae IV. أَرْغَمَ *coegit, debellavit*, a I. رَغِمَ *subjugatus fuit.* 3) الْأَعَادِي, ut infra: الْأَعْدَآءِ, Plur. fract. a Sing. عَدُوٌّ *hostis*, Part. ad فَعُولٌ per necessar. concentrat. radicis عَدِيَ pro عَدُوَ per VIII. Convers., *odio habuit.* 4) Post Subst. سَيْفٌ, Articulo quippe non restrictum, abjicitur Relativum الَّذِي, §. 70. I. — 5) تَسُلُّ pro تَسْلُلُ, §. 40. I. 2. — 6) زِدْ Imper. act. Form. I. زَادَ (pro زَيِدَ) *auxit, adjecit* vel *auctus fuit*; pro إِزْيِدْ, per I. Quiet. fit إِزِيدْ, et inde, abjecto إِ fulcro utpote supervacaneo, per I. Abject. زِدْ, §. 45. B. I. C. I. Quia cum Praepos. فِي construitur loco Accusativi, transitivam notionem exprimit, scilicet: *increscе in beneficiis tuis* pro auge beneficia tua. — 7) مَكْرُمَاتِكَ Plur. san. fem. a Sing.

مَكْرُمَةٌ

مكرمة *nobile factum*, *beneficium*, a كرم *generosus*, *beneficus fuit*. 8) أعدي pro أعدو (radicis عدي, supra 3.); nam و transit in ي per VII. Convers., ي autem in Alef, quin scribatur, per II. Conv., §. 45. A. II. 1. et VII. Est forma *excellentiae* أفعل (§. 57. A. IV.), in *Comparativo* ob مِنْ *prae*, *quam*, ergo absque Numero et Genere diverso (§. 93. I.ª 1. et 2. a.) — 9) نوب, Plur. fract. formae 1. (§. 60. III. B. II. α. 1.) a Sing. نوبة radicis ناب pro نوب *vicem subiit*, *accidit*.

إِنْ شِئْتَ عَيْشًا طَيِّبًا صَفْوًا بِلَا مُنَازِعِ:
فَاقْنَعْ بِمَا أُوْتِيتَهُ فَالْعَيْشُ عَيْشُ الْقَانِعِ ❁

XI. *Si optas vitam jucundam, defoecatam a turbis (sine turbante); contentus sis eo, quod accepisti. Nam vita vera (hoc nomine digna,* id exprimit Articulus) est *vita contenti.*

1) شِئْتَ, de forma et Tempore hujus Verbi conf. Sent. X. 1. 2) مُنَازِعِ pro مُنَازِعٍ rythmi gratia; cf. Sent. IV. 5., Part. act. Form. III. نازع *litigavit cum aliquo*, *turbavit eum*. 3) فَاقْنَعْ, Imper. Form. VIII. اقْتَنَعَ *omnino contentus fuit*, a I. قَنَعَ simpliciter: *contentus fuit*, §. 22. XII. 1. 4) بِمَا *de eo quod*, Accusativus Relativi مَا exprimitur

tur per Suffixum ه in sequenti 5) أُوتِيتَهُ (pro أُتِيتَهُ per II. Hamzae §. 42. II. 3.) *donatus es*, ergo: *accepisti*, Aor. I. pass. Form. IV. آتِي (pro أَأْتِي) *addnxit*, *dedit*, a I. أَتِي *venit*.

١٢

اَلتَّاجِرُ مَجْدُهُ فِي كِيسِهِ:

وَٱلْعَالِمُ مَجْدُهُ فِي كَرَارِيسِهِ ❁

XII. *Mercatoris gloria est in crumena sua; Docti autem gloria in chartis suis.*

اَلتَّاجِرُ et اَلْعَالِمُ praemittitur in Nomin. absol. per regulam *Occupationis*, §. 89. II. 2.; utrumque est Partic. act. Form. I. تَجَرَ *mercaturam exercuit*, et عَلِمَ *scivit*.

١٣

إِنَّ رَبًّا كَفَاكَ بِمَا كَانَ:

سَيَكْفِيكَ غَدًا بِمَا يَكُونُ ❁

XIII. *Sane Dominus, qui suffecit tibi eo, quod fuit;* (qui te hactenus conservavit et protexit); *utique sufficiet tibi crastina eo, quod erit*, (futuro quoque tempore providebit tibi).

1) رَبًّا Accus. Subjecti ob إِنَّ §. 98. I.; post hoc Substantivum, Articulo non restrictum, supprimitur اَلَّذِي,

§. 70.

§. 70. I. — 2) سَيَكْفِيكَ *certissime* ac *omnino sufficiet tibi*, tale Futurum exprimit Aor. II. cum Particula سَ vel سَوْفَ, §. 75. A. I.; يَكْفِي (pro يَكْفِيُ per II. Quietis) Aor. II. act. Form. I. كَفَى *suffecit, satis fuit.* 3) غَدًا Accus. adverbialis (§. 66. A. II. 2. *a.*) Substantivi غَدٌ (pro غَدْوٌ) *crastina dies.* 4) يَكُونُ *erit*, Aor. II. act. pro يَكُوْنُ per I. Quiet

١٤

حُكْمُ ٱلْمَنِيَّةِ فِي ٱلْبَرِيَّةِ جَارِ
فَمَا هٰذِهِ ٱلدُّنْيَا بِدَارِ قَرَارِ
فَبَيْنَمَا تَرَى ٱلْإِنْسَانَ فِيهَا مُخْبِرًا
حَتَّى تَرَاهُ خَبَرًا مِنَ ٱلْأَخْبَارِ ❁

XIV. *Imperium mortis in hoc mundo currit; equidem hic mundus profecto non est domus mansionis firmae. Dum enim vides hominem, in eo annunciantem* (mortem scil. alicujus), *en! repente vides ipsum notitiam* (factam) *ex notitiis* (mortis faciendis i. e. mortuum).

1) مَنِيَّةٌ, Part. ad فَعِيلٌ sensu passivo (§. 57. A. II. 1.) in Gen. feminino loco neutrius Latinorum: *definitum quid suo tempore et modo*, unde: *mors* et *fatum*; a مَنَى *certa quantitate et modo aliquid definivit.* 2) بَرِيَّةٌ, Part. ut supra 1., radicis بَرَأَ vel بَرَا *creavit*, ergo: *res creata, mundus.*

3)

3) جَارِ (pro جَارٍ rythmi gratia), Part. act. pro جَارِيْ per II. Quietis Formae I. جَرَى *fluxit*, *cucurrit*.. 4) Constructio cum ب loco Nominativi in بِدَارِ auget adserti certitudinem. 5) قِرَارِ (pro قِرَارٍ), Inf. Form. III. قَارَرَ *obfirmavit se*, *firmavit se*, *firmiter quievit*, a I. قَرَّ *quievit*, *mansit*. 6) تَرَى pro تَرَاي, cf. §. 51. VII. 1.—7) مُخْبِرًا Part. act. Form. IV. أَخْبَرَ *indicavit*, *narravit*, a I. خَبَرَ *scivit*. 8) الْأَخْبَارِ Plur. fract. formae 14. a Sing. خَبَرٌ *notitia*, §. 60. III. B. II. α 14.

١٥

نُفُوسُ ٱلْأَشْرَافِ تَظْهَرُ عِنْدَ ٱلثَّرْوَةِ طَلَبًا لِلْإِنْفَاقِ

XV. *Animae nobilium adparent* (conspicuae sunt) *tempore divitiarum studio expendendi.*

1) نُفُوسُ, Plur. fract. formae 6. a Sing. نَفْسٌ, §. 60. III. B. II. α. 6.—2) الْأَشْرَافِ pariter Plur. fr. form. 14. a Sing. شَرِيفٌ, ad فَعِيلٌ de qualitate inhaerente, radicis شَرُفَ *excelsus*, *nobilis fuit*. 3) تَظْهَرُ, Aor. II. act. Form. I. ظَهَرَ *adparuit*, in Sing. fem. de Plurali rerum, §. 95. II. 2.—4) عِنْدَ, notio temporis in Accus. adverbiali cum unica Fathha, quia instar Praepos. regit Genitivum, §. 66. B. II. coll. A. II. 2. h—5) طَلَبًا tanq. notio specialis in Accus., §. 91. II. 7. a; Inf. Form. I. طَلَبَ *quaesivit*. 6) لِلْإِنْفَاقِ

ad

ad expendendum, Inf. cum Praepos. لِ loco Gerundii Latinorum Formae IV *expendit*, a I. نَفَقَ *exivit*.

١٦

إِذَا أَتَتْنِي مَذَمَّةٌ مِنْ نَاقِصٍ
فَهْيَ ٱلشَّهَادَةُ لِي بِأَنِّي كَامِلُ ۞

XVI. *Si veniat ad me vituperium a vitioso; hoc utique mihi testimonium est, me perfectum esse.*

1) أَتَتْنِي *venit ad me*, Verba *accessus* et *adventus* cum Accus. Personae construuntur, §. 83. II. 3.; أَتَتْ pro أَتَيْتَ per III. Abject. 2) بِأَنِّي *quod ego*, Suffixum tanq. Subjectum Particulae إِنَّ (cum ب autem بِأَنَّ §. 98. I. 2) est in Accus., sequens Part. act. كَامِلُ tanq. Praedicatum in Nominativo, §. 98.

١٧

يَا طَائِرُ تَقَعُ عَلَى ٱلشَّجَرِ وَتَأْكُلُ مِنَ ٱلثَّمَرِ وَلَا تَدْرِي مَا ٱلْخَيْرُ ۞

XVII. *O avis! incidis in arborem, et comedis de fructu, sed nescis, quid sit bonum.* (In ingratos).

1) يَا طَائِرُ, in Nomin. de ave certa, §. 61. A. 2.; Part. act. Formae I. طَارَ pro طَيَرَ *volavit*; media ي fit Hamza per IV. Convers. 2) تَقَعُ, Aor. II. pro تَوْقَعُ (§. 46. A. 1.

No-

Nota) Formae I. وَقَعَ *cecidit.* 3) تَدْرِي, Aor. II. pro تَدْرِيْ per II. Conv. radicis دَرَى *scivit.*

١٨

يَشِبُّ ٱلْمَرْءُ وَتَشِبُّ مَعَهُ خَصْلَتَانِ ٱلْحِرْصُ وَطُولُ ٱلْأَمَلِ ۞

XVIII. *Crescit homo, et crescunt cum illo duae proprietates: cupido adgregandi* (divitias) *et longitudo spei* (i. e. spes longioris vitae).

1) يَشِبُّ (pro يَشْبِبُ §. 40. I. 2.) Aor. II. Formae I. شَبَّ *crevit.* 2) تَشِبُّ, pro lubitu in Sing. fem. Verbum praemittitur Substantivo feminino per significatum, §. 95. II. 1. a.

١٩

لَا تَحْقِرِ ٱلْمَرْءَ إِذَا رَأَيْتَ بِهِ دِمَامَةً أَوْ رِثَاثَةَ ٱلْحُلَلِ فَٱلنَّحْلُ لَا شَكَّ فِي ضُؤُولَتِهِ يُشْتَارُ مِنْهُ ٱلْفَتِيُّ جَنْيَ ٱلْعَسَلِ ۞

XIX. *Ne despicias hominem, si videris in eo vilitatem aut tritam vestem; nam apem quod adtinet, nullum omnino dubium est de exilitate ejus, sed copiose colligit ab ea homo fructum mellis.*

1) لَا تَحْقِرِ est prohibitivus Modus, §. 30. III.; ulti-

ma

ma Kasra adest in gratiam sequentis Hamzae unionis, §. 8. III. — 2) فَالنَّحْلُ est in Nominat. absol., cujus Genitivus compensatur per Suffix. in ضُؤُولَتِهِ, §. 89. II. 2. — 3) لَا est absolute negativa Particula, unde proxime sequitur Subjectum, idque in Accusativo nec cum Articulo, nec cum Nunnatione, §. 99. — 4) يَشْتَارُ (pro يَشْتَوِرُ per II. Conv.) Aor. II. Formae VIII. إِشْتَارَ *copiose collegit mel* a I. شَارَ (pro شَوَرَ) simpliciter: *collegit, eduxit mel ex alveari.* 5) الفَتَى et الجَنَى, proprie Substantiva triptota, ob tertiam literam infirmam fiunt monoptota, §. 61. B. IV. 9. b. α.

٢٠

تَوَاضَعْ تَكُنْ شَبِيهًا بِالنَّجْمِ الَّذِي يَظْهَرُ لِلنَّاظِرِ وَضِيعًا لَامِعًا عَلَى وَجْهِ الْمَاءِ وَهُوَ رَفِيعٌ وَلَا تَكُنْ شَبِيهًا بِالدُّخَانِ الَّذِي يَعْلُو إِلَى طَبَقَةِ الْجَوِّ (وَهُوَ) وَضِيعٌ ✿

XX. *Modestum te exhibe; eris similis sideri, quod adparet spectatori depressum, splendens in superficie aquae, cum ipsum sit tamen sublime; nec similis sis fumo, qui adscendit ad suprema aeris, humilis* (quamvis per se).

1) تَوَاضَعْ, Imper. Form. VI. sensu reflexivo: *se exhi-*

hibuit modestum, a I. وَضَعَ *depressit.* In hac protasi latet conditio, unde post Imperativum necessario sequitur in apodosi 2) تَكُنْ Aoristus II. apocopatus, §. 76. B. II. c. Nota; proprie تَكُونْ, sed per I. Quietis fit تَكُونْ, et per I. Abject. تَكُنْ. 3) شَبِيهًا, Accusativus Praedicati ob كَانَ, §. 84. — 4) وَضِيعًا et لَامِعًا in Accus. ponitur tanquam notio dispositionis, per Participium expressa, §. 91. II. 6. — 5) وَهُوَ رَفِيعٌ est pariter notio dispositionis, sed per summam nominalem indicata, unde Subjecto هُوَ praefigitur و *status* وَاوُ ٱلْحَالِ, §. 91. II. 6. *a.* — 6) يَعْلُو pro يَعْلُوُ per II. Quietis, Aor. II. Formae I. عَلَا pro عَلُوَ *adscendit.*

٢١

غَزَارَةُ ٱلْمَالِ فِي ٱلرَّجُلِ ٱلْعَاقِلِ زِيَادَةٌ وَفِي ٱلْأَحْمَقِ ٱلطَّائِشِ نَقْصٌ كَمِثْلِ ٱلنَّهَارِ ٱلَّذِي يَنْفَعُ عُيُونَ ٱلنَّاسِ بِنُورِهِ وَأَمَّا يُظْلِمُ عُيُونَ ٱلْخُفَّاشِ ❁

XXI. *Abundantia divitiarum (in) viro cordato* est *augmentum, sed (in) fatuo inconstanti detrimentum instar diei lucidae, quae prodest hominum oculis luce sua, attamen obscurat oculos vespertilionum.*

1) ٱلطَّائِشِ, Part. act. (pro ٱلطَّايِشِ per IV. Conv.) ra-

radicis طَاشَ pro طَيِشَ *levis*, pecul. *mente*, *inconstans fuit*. 2) عُيُونٌ, Plur. fr. formae 6. a Sing. عَيْنٌ, §. 60 III. B. II. α. 6. — 3) يُظْلِمُ, Aor. II. Formae IV. a I. ظَلِمَ *obscura evasit* nox. 4) الْخُفَّاشُ, collect. *vespertilionum*, proprie ad formam intensionis فُعَّالٌ (§. 57. A. III. 1.) a radice خَفِشَ *debilis fuit oculus*, *ita ut melius noctu videret*, *quam die*; *melius die nubiloso quam sereno*.

٢٢

قَابِلْ رَأْيَكَ مَعَ رَأْيِ الْغَيْرِ وَاتَّخِذْ شُورًا فَالْحَقُّ لَا يَخْفَى عَلَى اثْنَيْنِ فَالرَّجُلُ مِرْآةٌ تُظْهِرُ لَهُ وَجْهَهُ لَكِنْ لَا يَرَى قَفَاهُ إِلَّا بِجَمْعِ مِرْآتَيْنِ ۞

XXII. *Compara opinionem tuam cum opinione alterius, et deinde cape consilium; veritas enim minus latet duos. Vir utique speculum est, quod ostendit ipsi faciem suam; at non videt dorsum suum nisi junctione duorum speculorum.*

1) قَابِلْ, Imper. Formae III. (quae mutuam inter duos exprimit actionem, §. 22. III.) قَابَلَ *comparavit*, *contulit*, a I. قَبِلَ *excepit*, *recepit*. 2) إِتَّخِذْ Imper. Formae VIII. pro إِأْتَخِذْ (cf. §. 43. A. 3.) a I. أَخَذَ, idem; *sumsit*, *cepit*. 3) يَخْفَى pro يَخْفُوُ per II. Convers., et hoc pro يَخْفُو

يُخْفَوْ per VII. Conv., est Aor. II. pass. Formae vel I. خَفَا (pro خَفَوْ) *occultavit*, vel IV. أَخْفَي (pro أَخْفَوْ per VII. et II. Conv.), idem. 4) مِرْآة Nomen *instrumenti*, *quo quis videt*, *speculum*, a رَأَي *vidit*, §. 56. VII. — 5) يَرَي, Aor. II. act. radicis رَأَي, pro يَرْأَي, cf. §. 51. VII. 1.

٢٣

كَمْ مَرْضَآءَ يَشْفَوْنَ بَعْدَ آيِسِ ٱلصِّحَّةِ وَيَعِيشُونَ بَعْدَ ٱلطَّبِيبِ وَٱلصَّاحِبِ ٱلزَّائِرِ مَرَّاتٍ عَدِيدَةً يَسْلَمُ ٱلطَّائِرُ ٱلْمُسْتَصَادُ وَيَحُلُّ ٱلْقَضَآءُ عَلَي ٱلصَّيَّادِ ۞

XXIII. *Quot aegroti sanantur post desperationem salutis; et vivunt post medicum* (mortuum) *et amicum visitantem* (qui visitaverat)! *Saepenumero salva evadit avis venatu petita, atque fatum opprimit ipsum venatorem.*

1) مَرْضَآءَ, in Genit. tanquam notio *specialis* post كَمْ sensu enunciativo (§. 91. II. 7. δ. 1.) Pluralis fracti formae 20. a Sing. مَرِيض, ad فَعِيل radicis مَرِضَ (marode) *aegrotus fuit*. 2) يَشْفَوْنَ pro يَشْفِيُونَ per II. Abject., Aor. II. pass. Formae I. شَفَا (شَفَوْ) *medicatus fuit*, *sanavit*. 3) يَعِيشُونَ pro يَعْيِشُونَ per I. Quietis, Aor. II. act. Formae I. عَاشَ (pro عَيِشَ) *vixit*. 4) الزَّائِر, Part. act. (pro الزَّاوِر

الزَّاوِر per IV. Convers.) Formae I. زَلَرَ (pro زَوَرَ) *visitavit.* 5) مَرَّاتٍ *transitibus*, *vicibus*, Accus. Temporis Pluralis sani fem. a Sing. مَرَّةٌ, quod est Nomen *vicis*, §. 56. II. — 6) عَدِيدَةً, in Sing. fem. cum Plurali, res inanimatas significante, §. 95. II. 2.; est Part. formae فَعِيلٌ sensu intensivo: *numerosus*, *multus* radicis عَدَّ *numeravit.* 7) المُستَصَادُ (pro المُستَصِيدُ per II. Conv.) Part. pass. Formae X. a I. صَادَ pro صَيَدَ *venatus fuit*; ejusdem radicis est 8) الصَّيَّادِ, Particip. ad formam opificum فَعَّالٌ, §. 57. A. III. 1.

٢٤

أَصبِرْ عَلَى كَيدِ الحَسُودِ فَإِنَّ صَبرَكَ قَاتِلُهْ :
فَالنَّارُ تَأكُلُ بَعضَهَا إِذ لَم تَجِدْ مَا تَأكُلُهْ ✿

XXIV. *Sustine malignitatem invidi, namque patientia tua interimet eum; ita et ignis exedit seipsum, ubi non invenit, quod edat.*

1) الحَسُودِ Part. formae فَعُولٌ de habitu, sibi contracto, Verbi intrans. حَسَدَ *invidit*, §. 57. A. II. 1. — 2) إِنَّ regit Subject. صَبرَ in Accus., et Praedicatum قَاتِلٌ in Nominativo, §. 98. — 3) النَّارُ est Generis fem. ipso usu, §. 58. I. 3. — 4) تَجِدْ (pro تَوجِدْ per V. Abject.) Aor. II. apocopatus ob لَمْ, (§. 75. B. I.) radicis وَجَدَ *invenit.* 5) De

Casu obliquo Relativi مَا, per Suffixum هُ compensato, cf. §. 70. IV. coll. II.

٢٥

اَلْإِجْتِهَادُ وَٱلنَّشَاطُ فِي ٱلْعَمَلِ يُلِدَانِ ٱلسَّعَادَةَ ✿

XXV. *Studium et alacritas in opere pariunt felicitatem* (prosperum eventum).

1) اَلْإِجْتِهَادُ, Infin. Formae VIII. intensivae a I. جَهَدَ *diligentia usus fuit.* 2) يُلِدَانِ, Dualis Aoristi II. (pro يُوَلِّدَانِ per V. Abject.) radicis وَلَدَ *peperit.*

٢٦

مَنْ يُفَضِّلْ لَذَّاتِ ٱلرُّوحِ عَلَى لَذَّاتِ ٱلْحِسِّ يَغْدُ قَنُوعًا بِسُهُولَةٍ ✿

XXVI. *Qui praefert voluptates animi voluptatibus sensus, fit contentus facile.*

1) يُفَضِّلْ, Aor. II. apocop. in protasi conditionali, unde necessario et in apodosi Aoristus II. apocop. يَغْدُ sequitur, §. 75. B. II. a.; Forma est II. trans. *praestantiorem judicavit, praetulit*, a I. فَضَلَ *praestantia superavit.* 2) لَذَّاتِ, Plur. san. fem. a Sing. لَذَّةٌ. 3) يَغْدُ (pro يَغْدُوْ per IV. Abject.) Aor. II. apocop. Verbi غَدَا pro غَدَوَ *evasit, factus est*, quo sensu instar Verbi كَانَ Subjectum (quod

(quod in Persona Verbi, seu potius in membro priori latet) regit in Nominativo, Praedicatum قُنُوعًا in Accusativo. 4) بِسُهُولَةٍ *in facilitate* loco Adverbii: *facile*, §. 66. A. II. 2. c.

٢٧

اَلْأَدَبُ ٱلْحَقِيقِيُّ شَجَرَةٌ مُورِقَةٌ تَخْفِي تَحْتَ وَرَقِهَا أَثْمَارًا فِي تَحْمِلُهَا ✻

XXVII. *Modestia vera est arbor densa* (foliis abundans), *quae abscondit sub foliis suis fructus, quos ipsa fert.*

1) Post شَجَرَةٌ مُورِقَةٌ, Articulo quippe non restrictum, supprimitur Relat. أَلَّتِي, ut infra post أَثْمَارًا, ubi tamen Casus illius, utpote obliquus, compensari debet per Suffixum هَا, in Sing. fem., quia pertinet ad Pluralem, res inanimatas exprimentem, §. 70. II. et §. 95. II. 2. — 2) تَخْفِي (pro تَخْفِوُ per VIII. Convers. et II. Quietis), Aor. II. radicis خَفَا pro خَفَوَ *occultavit.* 3) أَثْمَارًا, Plur. fr. formae 14. a Sing. ثَمَرٌ, §. 60. III. B. II. α. 14.

٢٨

XXVIII. Chhaliphae Raschid, praemia pro more suo poetis largiter distribuenti ad Tigrim, quem, casu quippe aquis continuo excrescentem, Chhalipha timidus saepenumero respexit, puer ingenuus, quatuordecim annos natus, ex abrupto acclamavit:

لَا تَعْجَبَنَّ إِنْ تَعَرَّمَ

رَأَى جَارَهُ فَتَعَلَّمَ ❁

Minime mireris, si vehementer exereverit (fluvius); *vidit vicinum suum* (te, largissime distribuentem), *et ab illo didicit.*

1) تَعْجَبَنَّ Aor. II. paragogicus, de cujus usu cf. §. 75. D.-2) تَعَرَّمَ, Forma V. intensiva, §. 22. V.

٢٩

XXIX. Motanabbi poeta, ironiae dono praecipue clarus, Principem *Saifuddaulat*, quo familiariter fere usus fuerat, quum deprehenderet molliter gerentem cum muliere Sadi, carpturus mollitiem ex abrupto cecinit:

كُلُّ ٱمْرِءٍ فِي دَهْرِهِ عَلَى مَا تَعَوَّدَ

Unusquisque in vita sua (procedit, agit) *secundum id, cui adsuetus est.*

Iratum vero quum intellexisset Principem, demulciendi gratia adjecit:

وَمِنْ عَادَةِ سَيْفِ ٱلدَّوْلَةِ ٱلطَّعْنُ بِٱلْأَعْدَآءِ

Consuetudo autem Saifuddaulat (Gladii Dynastiae, scil. Chhalifarum, cf. *d'Herbelot* sub hac voce) *est confodere et profligare hostes.*

Subrisit Princeps reconciliatus; aegre autem tulit ambi-

bitiosa femina Sadi, cujus propterea cubiculi portae Motanabbi egressus inscripsit:

قَدْ ضَاعَ شِعْرِي عَلَى بَابِكُمْ

كَمَا ضَاعَ دُرٌّ عَلَى سَعْدَا

Profecto vilescit carmen meum super porta vestra, prout vilescunt uniones super (in capite) *Sadi.*

Furibunda Sadi ad Principem properavit; interea autem poeta inferiorem delevit partem literae ع in repetito Verbo ضَاعَ, quod ergo legendum fuit ضَاءَ. Postea accersitus tranquillo comparuit animo, et Principem, acriter objurgantem, ad scriptum remisit, denuo ac melius examinandum, cujus sensus, facta scilicet illa Verbi mutatione, vergens in eximiam mulieris laudem reperiebatur talis:

Profecto corruscat carmen meum super porta vestra, sicut corruscant uniones super (in capite) *Sadi.*

٣٠

XXX. Tribus puellis, casu incedentibus eo ordine, ut duae grandiores latera, medium vero locum minor occuparet, juvenum occurrentium aliquis, ingeniose illarum ordinem simili literarum serie in vocabulo aliquo indicaturus, dixit:

يَا بَنَاتُ أَنْتُنَّ لَنَا

O filiae! vos estis nostrae!

Le-

Lepidum illius consilium, latens in dictione لا, statim quum cognovisset minor illarum, in medio loco posita; saltu eleganti in sinistrum latus segyravit, novumque hunc ordinem pariter literis in ultimo responsi vocabulo expressit:

بَلْ نَحْنُ لِلّٰهِ

Imo, nos Dei (sumus).

Cui juvenis raptus rependit:

عِشْتِ لِلَّذِي أَنْتِ لَهُ

Vivas illi, cujus es (scil. DEO).

CON-

CONSPECTUS LIBRI.
GRAMMATICAE ARABICAE
LIBER I.

De Elementis et linguae et scripturae Arabicae.

Caput I.

De Lectione ac Orthographia.

		Pag.
§. 1.	De variis Scripturae Arabicae Generibus	1
§. 2.	De Consonantibus	4
§. 3.	De Divisionibus Literarum	19
§. 4.	De Vocalibus	21
§. 5.	De Signis orthographicis in genere	25
§. 6.	De Syllabis et de Signis: Dschezm ac Taschdid	26
§. 7.	De Hamza et Madda	31
§. 8.	De Uassla	34
§. 9.	De Distinctionis Signis	40
§. 10.	De Tono et Accentu	41
§. 11.	Specimina lectionis	44

Caput II.

De Consonantium et Vocalium permutationibus.

§. 12.	De Consonantibus permutandis in genere	47
§. 13.	De Literis, quae in ipsa Arabica lingua secum permutantur	48
§. 14.	De Literis Arabicis, quae saepius pro aliis linguae Hebraicae et Aramaicae substituuntur	52
§. 15.	De Vocalibus Arabicis in universum	56
§. 16.	De Vocalibus Arabicis, quae saepius pro aliis linguae Hebraicae et Aramaicae ponuntur	57

LIBER II.

Formarum doctrina sive de singulis Orationis Partibus.

Caput I.

De Articulo et Pronomine.

Pag.
§. 17. De Articulo 59
§. 18. De Pronominibus personalibus . . . 60
§. 19. De Pronominibus demonstrativis . . . 62
§. 20. De Pronominibus relativis et interrogativis . 64

Caput II.

De Verbo.

I. De Origine Verborum.

§. 21. De Verbi Divisionibus ratione habita Originis 67
§. 22. De Verbo *trilitero* et primitivo et aucto . 68
§. 23. De Verbo *quadrilitero* et primitivo et adoptivo cum aucto utriusque 77

II. De Flexione Verbi.

§. 24. De Verbi Flexione in universum 80
§. 25. De Verbi Divisione ratione habita Flexionis 83

A. De regularis Verbi Flexione.

§. 26. Paradigma Verbi triliteri activi in Forma I. 85
§. 27. De Aoristo I. activo Formae I. 86
§. 28. De Aoristo II. activo Formae I. . . . 87
§. 29. De peculiaribus Aoristi II. mutationibus . 90
§. 30. De Imperativo activo Formae I. . . . 93
§. 31. De Infinitivo activo Formae I. . . . 95
§. 32. Paradigma Verbi triliteri passivi in Forma I. 97
§. 33. De Verbo trilitero passivo in Forma I. . . . 98
§. 34. Paradigma Verbi triliteri et activi et passivi in Formis auctis 99

Pag.
§. 35. De Formis auctis Verbi triliteri activi . . 100
§. 36. De Formis auctis Verbi triliteri passivi . . 102
§. 37. De Verbo quadrilitero et activo et passivo cum Formis auctis 103
§ 38. De Verbo cum Suffixis 104

B. De irregularis Verbi Flexione.

§. 39. De Verbis irregularibus in universum . . 106

I. De Verbis عع *sive geminatis.*

§. 40. De regulis Concentrationis 108
§. 41. Paradigma Verbi surdi 111

II. De Verbis hamzatis.

§. 42. De regulis Hamzae 116
§. 43. Paradigmata Verborum فأ, عأ et لأ . . . 119

III. De Verbis infirmis.

§. 44. De Divisione Verborum infirmorum . . 124
§. 45. Canones de literis infirmis 128
§. 46. *A.* De Verbo ٱلْمِثَالِ et فو et في 138
§. 47. *B.* De Verbo ٱلْأَجْوَفِ et عو et عي . . 142
§. 48. *C.* De Verbo ٱلنَّاقِصِ et لو et لي . . 154
§. 49. *D.* De Verbis dupl. vel tripliciter imperfectis.
a. De Verbo ٱللَّفِيفِ ٱلْمَفْرُوقِ i. e. *involuto disjuncto* 167
§. 50. *b.* De Verbo ٱللَّفِيفِ ٱلْمَقْرُونِ i. e. *involuto conjuncto* 170
§. 51. *c.* De Verbo *infirmo* et *hamzato simul* . . 172
§. 52. *d.* De Verbis *tripliciter* imperfectis . . 176
§. 53. De Verbo *negandi*, *laudandi vituperandive* et *admirandi* 177
§. 54. Paradig. Verborum et regularis et irregularium 180

Pag.

Caput III.

De Nomine.

§. 55. De Nominis Divisione ac Forma in universum 192
§. 56. De variis Substantivorum speciebus, harumque formis 194
§. 57. De variis Adjectivorum speciebus, harumque formis 200
§. 58. De Genere Nominum 207
§. 59. De Motione Nominum 211
§. 60. De Numero Nominum 212
§. 61. De Declinatione Nominum 227
§. 62. De Statu relationis ad Genitivum sive Nominis sequentis sive Suffixi subjuncti . 235
§. 63. De Numeralibus Cardinalibus. . . . 240
§. 64. De Ordinalibus et reliquis Numeralibus . 244

Caput IV.

De Particulis.

§. 65. De Particulis conjunctis 247
§. 66. De Particulis separatis 254

LIBER III.

De Syntaxi.

Caput I.

De Syntaxi Articuli et Pronominum.

§. 67. De usu Articuli. 260
§. 68. De usu Pronominum personalium. . . 262
§. 69. De usu Pronominum demonstrativorum . 266
§. 70. De usu Pronominum relativorum . . 267
§. 71. De usu Pronominum interrogativorum. . 270
§. 72. De periphrasi Pronominum, similiumve vocabulorum, quae certis carent formis. . 272

Caput II.

Pag.

De Syntaxi Verbi.

I. De usu Temporum et Modorum.

§. 73. De usu Temporum universe 276
§. 74. De usu Aoristi I. sive Praeteriti 277
§. 75. De usu Aoristi II. sive Futuri 281
§. 76. De usu Infinitivi absoluti. 287
§. 77. De Infinitivo cum Praepositionibus. De Casibus Infinitivi 291
§. 78. De constructione Infinitivi 292
§. 79. De usu Participiorum 294
§. 80. De constructione Participii activi 296
§. 81. De constructione Participii passivi. . . . 298
§. 82. De Personis Verbi 299

II. De constructione Verborum cum variis Casibus.

§. 83. De Verbis cum uno vel duplici Accusativo 300
§ 84. De Verbo كَانَ *fuit* cum similibus illi. . . . 305
§. 85. De Verbo كَادَ cum adfinibus ei 307
§. 86. De Verbis *laudandi vituperandive* et *admirandi* 310
§. 87. De Verbis cum Praepositionibus 312

Caput III.

De Syntaxi Nominis.

§. 88. De periphrasi Substantivorum et Adjectivorum 315
§. 89. De Nominativo 318
§. 90. De Genitivo et de Statu Regiminis. . . . 323
§. 91. De Accusativo 325
§. 92. De Vocativo 335
§. 93. De Comparativo et Superlativo 339
§. 94. De Syntaxi Numeralium. 342
§. 95. De convenientia Praedicati (Verbi, Adjectivi, Pronominis) cum Subjecto. 346

Pag.

§. 96. De convenientia Adjectivi (vel Participii) cum Substantivo 352

§. 97. De Vocabulorum ordine, in constructione Orationis servando. 356

Caput IV.

De Syntaxi Particularum.

§. 98. De Particulis إِنَّ cum sociis 359

§. 99. De Particula لَا, absolute negativa . . 362

§. 100 De singulari usu ac virtute Praepositionum . 365

In Adpendice sequuntur Sententiae selectae, numero XXX., magnam partem typis nondum exscriptae, cum versione Latina et analysi vocabulorum constructionumque difficiliorum. 368

CORRIGENDA.

Pag. 19 *lin.* 9 pro آلشَّمْسِيَّةُ lege آلشَّمْسِيَّةُ.

— 96 — 19 — جَرَالَةٌ — جَزَالَةٌ.

— 118 — 2 — immuta — immutata.

— 123 — 4 — يَقْرَأَنِ, تَقْرَأَنِ lege يَقْرَأَانِ, تَقْرَأَانِ.

— 154 — 15 — transeant lege transeat.

— 171 — 6 — *ter tia* in firmae lege *tertiae* infirmae.

— 173 — 15 — يَحِيُّ lege يَجِيُّ.

— — — 19 post *tertiae* pone أ.

— 175 — penult. et ult. pro مُنْا vel مُن lege مُنْا vel مُنِ.

— 299. — 9 pro مَوْلُودِ lege آلْمَوْلُودِ.

— 349 — 5 — جَمَاعَهْ — جَمَاعَةٌ.

YC147341